intelligi. q̄ plus de bonis suis petere nō possit in
rehereditario. sed nō debet p̄iuari eo iure: qd ha
bet vt filia nō vt heres. vt de iure emp̄biteoticō
z patronatus. Et posito q̄ pater posset filiaz p̄i
uare ex dispositō sua ab emp̄biteosi: tamē illa ver
ba hoc nō importat. Et per predicta Bar. ibi in
fert. q̄ si pater instituit filiaz in certis rebus: z ius
sit esse contētam. z q̄ plus de suis bonis petere nō
possit: pone q̄ res ille sint vltra legitimā: modo si
lia vult dotem maternā. An possit. Rū. se cōsu
luisse q̄ sic. quia bona intelliguntur deducto ere
alieno. pro hoc. l. bonorum. de verb. sig. z. l. subſi
gnatum. eo. ni. Modo filia petit dotez tāq̄ es alie
num: nec petit d̄ bonis suis. quia illa intelligunt
deducto ere alieno. Ita etiam in precedēti. q. filia
petit emp̄biteosim ȳt es alienū. nō vt de bonis
defuncti. Hec Bar.

T Trigesimonono pone. Aliquis accepit fundū
in emp̄biteosim pro se suisq; filiis. an intelligatur
de naturalibus: Rū. Spec. videtur tenere q̄ sic
Sed Bart. in. l. ex facto. S. si quis rogatus. ff. ad
tre. dicit hoc posse esse verum in emp̄biteosi data
a p̄iuato. Sed in emp̄biteosi data ab ecclesia cre
dit q̄ non intelligatur de naturalibus aliquo ca
su. De illis etiam non cogitauit ecclesia. nec presu
mendum est q̄ cogitauerit p̄ opter dignitatem. z
quia tales naturales nō possunt baberi sine pec
cato mortali.

T Quadragesimo quero ad quātū tempus con
trahatur cōtractus emp̄biteoticus. Rū. aliquan
do contrahitur ad tempus. puta ad decem vel vi
ginti annos. In quo etiā succedit heres v̄sq; ad
illud tempus. Aliquādo cōtrahitur imperpetuū
z tunc nō aufertur emp̄biteote nec etiam heredi
bus eius: donec soluerit canonē. Possessio tamē
ecclesie nō potest de nono dāti in emp̄biteosim p̄
petuo. extra de re. eccl. nō ali. nulli. Et fm glo. in
cle. j. de re. ec. nō ali. dicitur perpetuo fm iura cuz
datur ad. r. annos vel v̄lra. nam ad modicū tem
pus dari pōt quod dicitur v̄sq; ad nouem annos
inclusiue. Si t̄m possēd̄o ip̄a erat p̄ius emp̄biteo
tica z peruenit libere ad ecclesiam: bene poterit in
emp̄biteosim dari etiam perpetua fm quosdā.

E Optio et venditio.
De natura emptionis est. q̄ ex quo cō
tractus initus est pertineat lucrum z
periculum rei empte ad emptorem: l̄z res tradita
non sit. in. l. e. t. i. S. cum autem. ff. de peri. z cō. rei
ven. l. id quod. Onde dāt regula talis. Rū ven
ditio fit pure z sine scriptis certe specieſ que degu

Emptio fo. LXXIII.

stationem non exigit; omne periculum spectat ad emptorem; excepto casu publicatoris; nisi pactus culpa; vel mora; intemperie; vel calliditas. **P**ure iō dicitur; quia si conditonalis esset venditio aī enē tum conditonalis; periculum pertinet ad venditorem. vt. ff. de peri. et co. l. illud. **S**ine scriptis. **I**so dicitur; quia si in scriptis fiat; periculum spectat ad venditorem ante q̄ scriptura perficiatur; q̄ quo usq; facta sit; neuter agere potest. **L** de fid. instru. l. contractus. **D**icitur autem contractus fieri i scriptis; quando conuenit q̄ aliter nō valeat q̄ facta sit exinde scriptura. **L** de proba. cum res. **G**e cus si a principio simpliciter p̄trahatur. et post ad probationem fiat inde scriptura. ff. de vig. l. cōtrahitur. **C**erte ideo dicitur; quia si sub alternatione vendam tibi stichum vel tricium; periculum primi spectat ad venditorem; secundi ad emptorem; vt si stichus mortuus est dabitur tricus. ff. de cōtrah. empli. l. si in emptione. **S**. si emptio. **H**specie ideo dicitur; quia si in genere fiat venditio; puta; vendo tibi hominem; non dico quem; nūnc ad emptorem spectat periculum; quia quod in genere debetur perire non potest. ff. ad. l. fal. l. in ratione. quia hic vendit certū de incertis.

TQuid autem si venditur incertus de certis. pūta; vendo tibi unum de servis meis; vel decē corbas ex hoc dolio. vel. vj. sextaria de isto cāpo. **D**ic fm Hostiē. et dir. q̄ si omnia pereant emptor; repētit p̄ecutum; si ipsum dedit; et sic non pertinet periculum ad eum. **Q**ue degustationem non exigit ideo dicitur; quia si degustationem exigit et vendatur in specie; pertinet periculum ad emptorem; post degustationem; sed non ante. ff. de peri. et co. rei. vendi. l. si vina. nisi vinum vendatur ad mensuram in certa die quia tunc habet venditor; potest statim mensurare; vel offerre; vt mensurę. ff. e. qd sepe. **S**. in his.

TQuid si emptor; nolit mensurare. **R**ū. fm Dir. l. j. q̄ venditor; potest mensurare et effundere corram testibus; si vasa sunt sibi necessaria; vel; ppter vindemiam; vel propter nouam rationem; tusta. ff. de peri. et co. rei vendi. l. j. **S**. vltimo. z. l. j. **E**xcepto casu publicatoris; quia si fundus venditus; finit publicatus causa maleficij; periculum pertinet ad venditorem. ff. lo. l. si fundus. hec Hoff. et Hosti. **N**isi pactum ideo dicitur; quia licet venditor de natura contractus teneatur dolo lata culpa. et leui; non tamen tenetur de casu fortuito. ff. de peri. et co. rei ven. l. custodiā. et. l. si vendita. **H**z per pactum tenetur. ff. de peri. et co. l. si in venditione. **H**z casibus specificantibz tñi de quo dictu est. **S**. **C**aius fortuitus. **V**el culpa scilicet precedente; insti. e. **S**. cum antez. **V**el mora; quia tunc spectat periculum ad morosum. etiam si res peritura erat penes alium. de leg. j. cum res. hoc intellige in foro contentioso. **G**e cus in foro anime. **B**ed ultima mora semper nocet dicta. l. illud. **V**el calliditas; q̄ si venditor; affirmauit bonitatem duraturam imputatur ei; vel sciebat bonitatem non duraturam et tacuit. ff. de peri. et co. l. quis viam. **E**t hoc est

contra illos qui adulterat vina ex admixtione aliquius boni vini cum alio corrupto quod postmodum vendunt tacentes huiusmodi admixtiones. **E**t p̄ predicta tenentur ad resututōnem de omni dāmino vel interesse; quod ementes habuerunt; vel de eo plus quod habuerunt ex huiusmodi taciturnitate. Item de natura huius contractus est q̄sicut periculum ad emptorem pertinet. Ita et emolumētum. vt extra de regn. iur. qui sentit si. vj. **E**t ideo quod per allusionem accrescit; et fructus et partus ad ipsum emptorem spectat. **L** de act. emp̄. l. fructus. et. l. penit. Alluvio autem dicitur incrementū latens. Et quicquid agro in eo per allusionem flumen adicerit; meum est. **G**e cus si incrementum est apparenſ.

TQuid si dolus dat causam contractui. **D**ic ut dicū est supra. Dolus. Addē tamen qd notat pa- no. in. c. quia pleriq. de immu. eccl. q̄ do- lus non det causam contractui; nec incidat in cō- tractu si emptor; sciebat rē plus valere et v̄ enīcto; ignorabat; q̄ in foro anime tenetur restituere quod plus valebat; quia egit contra iusticiam na- turalem; decipiendo proximum; saltem re ipsa in pre- cō.

TQuid autem si vterq; fuit ignorans; sed re ip- sa venit deceptio in prelio an superueniente sciē- tia; teneatur restituere illud in quo alius fuit dece- p̄tus. **P**one exemplum. **Q**uidam simplex habet lapidem preciosum; quem vitreum esse credit. **I**te ille qui emit similiiter credit esse vitreum. **Q**uid ui- ris. **Q**uidam dicunt. q̄ emens in aliquo nō tene- tur ad restituētōnem; quia per emptionem bona- fide factam; talēm lapidem acquisiuit. **G**ed **P**a- no. credit q̄ teneatur ad restituētōnem si a principio emisset pro vero valore; si illum sciuisset. **G**e cus si illam rem non emisset pro illo prelio. debet tamē restituere rem; si alter veller restituere prelio. ex quo non vult supplerē iustum prelio. ar. bonū in. l. in fundo. ff. de rei vendi. et in. l. si quis. cuz ale- ter. ff. de ver. ob. vbi parificantur deceptio re ipsa et ex proposito. **E**t propter hoc Bart. in dicta. l. si quis querit. **D**icitur in instrumento venditōis dedit rem pro tanto; et illud quod plus valet de- dit et donavit. **A**li propter hoc cessabit remediu dicta. l. si quis. et remedium. l. j. **L**. de relati. ven. que loquitur. de deceptione ex proposito. **B**arto. respondit q̄ si venditor; sciebat valorem rei. tunc per talia verba cessant remedia dictarum legum. **G**ed si hoc ignorabat; tunc per talia verba habe- bat alium donandi nisi modicum. vt. l. si liber- tus. ff. de ope. l. et. l. hec adiectio. de verbo. signif. **E**t hideo si quantitas est magna apparet q̄ in hoc contractu donationis est lelus; et sic babebit re- medium dictarum legum. **E**t Barto. dat caute- lam. vt in instrumento dicitur. **E**t illud qd plus valet; siue sit qualitas modica; siue immoda- dedit et donavit et. vel renunciaret beneficio dicta le- ge secunda. et similium; quod tantundem impo- lat.

Emptio

Ted an remedio dicta. I. si quis possit renunciari. scilicet exceptioni dolis; qui dolus est in re ipsa. Respondit Bart. ubi s. q. sic. non tamen propter hoc putat q. sufficiat simpliciter renunciare exceptioni dolis; nisi exprimatur q. renunciat beneficō dicta. I. si quis vel per alia verba que tantundem importent. nam illud renunciare est donare. ut in l. siq. delegeatur. ff. d. noua. Et sic ad modicā qualitatem refertur.

Ter per predicta apparet so. de alia qōne quam ponit Archi. floren. Pone. A creditor meo feci publicam donationem. c. floren. quia nibil inde sperabam habere; vel ne incurserem aliquod damnum. virum post hanc donationem; possim aliquid de bonis eius inuentis; vel ab alio oblatis recipere. et si accepi an teneat eidem restituere. Dicēdū q. possūz recipere et retinere. De ratione enīz donantis est liberalis et voluntaria translatō. quod non contingit in casu positō. Et ideo sibi licebit satisfacere de bonis illius inuentis quemadmodū licet alijs damnificatis quasi nō donasset.

Trum liceat aliquid vendere plus q. valeat. Respon. fm Tho. sed a scđe. q. lxvij. q. cari? vendere vel vilius emere rem q. valeat; est iniustum; nisi res que venditur cedat in detrimentum venditoris; q. multū re illa indiget. nam in tali casu iustum precium est; vt non solum respiciatur ad re que venditur; sed etiam ad damnum quod venditor incurrit ex venditione. et sic licite potest vendere plus q. valeat fm se: q. uis non vendat plus q. valeat ipi venditori. Quod si emptor inuenetur ex re quam emit; sed venditor non damnificatur: carente re illa; non debet eam superuendere; quia utilitas que alteri accrescit; non est ex vendente: q. ex condicione ementis. nullus autem debet vendere alteri quod nō ē suum. Quod autem dicitur q. licitum est contrahentibus se decipere vñq ad dimidiā iusti precij. Dic fm Innocen. in. c. in ciuitate. de vñl. q. illud procedit iure fori: non iure poli. et quo ad deum non procedit: sed ius positivum noluit dare actionem pro modica lesionē in odium litium. Sed solum quando est magnus excessus. puta. quando aliquis est deceptus ultra dividiam iusti precij. Emitur autem fm Uzōnem res minus dimidio iusti precij; si res valet decem et venditor pro quinq. minus uno denario. et sic decipitur venditor. Si autem valet decem et ematur pro quidecim et uno denario. deceiptio est ultra dimidium iusti precij. et sic decipitur emptor. Alij dicūt q. tunc ē deceiptio ultra dividiam iusti precij. quando res valens decem emitur pro. xij. Sed prima sententia est verior. fm Host. et Ber. in. c. cum causa. extra eo. Idem Panormitanus ibi. dicens q. fm aliam opinionem non esset reperire casum deceiptoris in venditore. Nam si res valet decem oportet q. daretur pro nibilo vel pro multis. quod non esset possibile. nam emptio esset sine precio. Ius autem diuinum nihil impunitum relinquit. unde fm legem diuinam illicitum reputatur. si in emptione et venditione nō sit obserua-

ta equalitas iusticie. et tenetur ille qui plus habet recompensare ei qui damnificatus est; si sit notabile damnum. quod ideo dico: quia iustum premium rerum quandoq. non est punctualiter determinatum: sed magis in quadam extimatio con-sistit. Ita q. modica additio vel diminutio non videtur tollere equalitatem iusticie. Ad predicta facit q. quidam dicunt. q. ista equalitas iusticie habet quandam latitudinem et tres gradus. Nam dicitur pius. Secundus discretus. Tercius vero rigidus. Verbigratia. Sunt decem petie panni eiusdem bonitatis et expensarum harum tamen peciarū propter varia capita: circa illas a varijs varia extimatio fiet. et reperiens ipsi extimatores circa illas triclicher variari. Quidā extimabunt quamlibet illarum precij. I. ducatorum. Et hic potest dici gradus pius. Alij vo. l. cum dimidio: et talis potest dici gradus discretus. Alij vo. l. et hic vocat gradus rigidus. Et tñ omnia ista precia intra dictam equalitatem iusticie apprehendentur. Si autem ultra istam equalitatem aliquid vendat: si notabile est: restitui debet: maxime si ex altero istoꝝ quatuor procedat. Primo. si ex ignorātia. Secundo. si ex metis levitate aperta vel presumpta. Tercio. et quacūq. magna egestate. Quartu. et quacūq. magna necessitate ad hoc appellente. Ex quibz coniprehendi pot. q. talis contractus non procedit ei mera et gratuita voluntate. nam talis defraudatio in minus emendo: ptra charitatem est: licet ex vñl. partis consensu talis tractus procedere videat. nam fm phm. iij. ethi. Ignorātia et aliqualis coactio excludunt voluntarium. Et fm hoc pot intelligi id qd notat do. an. in. d. c. quia pleriq. et pan. ibi vbi facit differentiam. In emens fuerit persona sagax vel ignorans. vt primo casu: venditor plus tunc vendens q. valeat: nō teneatur ad restitutōnem. Secundo vo. sic. Et plus dicit Panor. in. c. cum causam. de testi. q. si tam venditor q. emptor sciebat naturam rei et valorem. tunc nullum sub est peccatum. licet res sit vendita pro maiori vel minori precio. Predicta intellige: cessante magna necessitate et nō aliter vt dictum est.

Trum quis compelli possit ad vendendum rem suam. Nū. fm Panor. in. c. j. e. ti. fm omniorum op. q. aut q. exposuit rem suā penale: aut nō. Nam calu in his q. sunt necessaria ad vitā homis: potius statuere iusti precij. Nam interest superioris pudore utilitati subiectorū et reipublice. Et in istis dū intelligi. d. c. j. et iura silia. Ex quo infert Gal. in. l. i. C. de epi. an. q. cū vita homis nō possit duci sine vestimentis et sine hospitio. q. etiam in domibus aptis ad locandum. et in pannis potest statui certum precium. Et ita iam dudum actum fuit padue in domibus cōducēdis p. scholares. Nam quelibet domus apta fuit delcripta in certo libro. et descripta pensio annalis. In alijs vo q. nō sunt necessaria ad vitā habet locum. I. dīcūdum. L. de contrahē. emp. et. l. nemo exterus. L. de iude. vbi habetur q. nemo potest compelli ad vendendum rem suaz; nec quis pot. apponere p.

Emptio Fo. LXXV.

cium rei alienae. Sed quisque in re sua erit moderato: et
 arbiter. in re mandata. C. mā. et in dicta. l. dudu.
Quod est valde notabile. Et facit quod in istis iocali-
 bus et gemmis et huiusmodi que non sunt necessi-
 saria ad vitam: sed potius ad pompam et ornatum:
 que apparetur communiter iuxta affectionem
 hominum: possit vnuquisque precium pro sue libi-
 to voluntatis apponere. **Secundo** casu principa-
 li scilicet cum quis rem suam non exponit venale.
Et tunc aut subest necessitas. et possunt exuberan-
 tes compelli ad vendenduz isto precio ea q̄ sunt
 necessaria ad vitam hominis. **Et sic seruat tempore caristie:** quia tunc omnia virtutalia debet esse
 communia. **Ad hoc tex. cū glo. in. c. sicut bi. xlviij.**
 distinet. ubi concluditur. quod lucis indigentibus age
 re contra diuites ad virtutalia p̄municanda. **Tamen**
 cum imploratione indicis ut appellat.
Vtrum negotiando licet aliquid carius ven-
 dere: q̄ sit emptum? **Ru. fīm Thomaz.** vbi supra
 nihil prohibet lucrum ordinari ad aliquem sine
 necessarium vel honestum. **Et sic negotiatio lie-
 ta reddetur.** Sic cum aliquis lucrum modera-
 tum quod negotiando querit: ordinat ad domus
 sue sustentationem: vel ad subueniendum indige-
 tibus. **Aut etiam** cum aliquis negotiacioni inten-
 dit propter publicam utilitatem. ne scilicet res ne-
 cessarie ad vitam: patrie desunt: et lucrum expedit:
 non quasi finem: sed quasi stipendium sui laboris
 de hoc dictum est supra. **Auaricia.** **Et sic** potest q̄s-
 carius vendere q̄ emitt. hoc tamen non potest re-
 gulariter. nisi fuerit mutatum precium ratione for-
 me. temporis: vel loci. ut notat **De anch. in. c.**
 j. de vī. in. vi. **Et inter** mutatōnes formevidetur
 expresse comprehendēti: si quis emerit merces i mag-
 na quantitate: et minutum vendat. **Solent** enim
 res in magna quantitate communiter meliora fo-
 ro vendi. **Et pro hoc** videtur facere quod dicit **Cri-
 stost.** q̄ quicunq; rem comparat. ut integrā et immu-
 tata vendendo lucretur: ille est mercator: qui
 de templo dei ejicit. **Tamen** ad hoc rūdet **Asten.**
fīm Alexan. angl. q̄ facienda est vī in hoc q̄ di-
 git rem integrā et immutatā. **Loquitur** enim
 de illo qui in negotiando intendit lucrum tanq; fi-
 nem ultimum et cupit sine labore et sollicitudine
 ex avaricia diuitias congregare. **Dnde** predictus
 verbum non habet locum in eo qui negotiatur p̄
 pter propriam necessitatem: vel reipublice utilita-
 tem: vel proximi pietatem. nec etiam in eo qui ve-
 dit rem immutatā q̄tum ad substantiam: immu-
 tata tamen q̄tum ad locū: quia talis ratione la-
 bores et periculi: vel expensarum famulorum: vel
 apothecae et huiusmodi: licet potest querere mer-
 cedem. nec etiam habet locum in eo qui in emendo
 considerat empte rei periculum in seruando: quia
 potest deteriorari et cremari: vel fuco perdi: ta-
 lis enim potest mercedem querere ratione incerti-
 tudinis euentur futuri et susceptionis periculi. **Onde** in
 emendo non est certus. ut integrā et immu-
 tata vendendo lucretur. **Et plus** dicit archi. f.
Pone mercator: emit aliquid pro decem. et in eadē

ciuitate vel domo absq; villa trajectione mercium.
 vel modica: et sine aliqua melioratione rei empte et
 huiusmodi: vendit pro. xii. **An** hoc licet. **Respo-**
 dit q̄ sic dummodo iustum precium non excedat.
Item pone. vīs mibi librum: vendere p̄ decem
 et ego n̄ intendō emere: nisi prius inueniā q̄ emat
 a me p̄o. xii. et post q̄ vendidi alteri. emo a te: et do
 tibi decem: et teneo duos. **An** possum: et cui te-
 ore? **Respondet** Ar. f. q̄ iustum precium rerū non
 consistit in indiuisibili: licet in quadam latitudine
 vt dictum est. **Ideo** si emens librum p̄o dece. **Eū**
 dem vendit pro duodecim. **Justo** tamē p̄recio: ut
 quotidie contingit. non videtur condemnandus
 quinimo si al's non erat empturus: nisi primo cer-
 tificatus de lucrando duo fuisse: dummodo: ut di-
 ctum est: iustum preciū n̄ excedat de industria vi-
 detur laudandus.

Pone. dedisti mibi librum vel vestem ut ven-
 derem p̄o decem vendidi p̄o duodecim. **An** pos-
 sim tenere illa duo: vel debet tibi: vel empori red-
 dere. **Respondit** q̄ supra q̄ vendēti sufficere debet
 lucru quod inde p̄sequitur. puta mī p̄o libra. vī
 de iste medius vendens: cum purum ministeriu
 gerat p̄umi tradentis qui sibi constituit certā mer-
 cedem p̄o labore suo: quicquid superuendit: totū
 tradere debet primo vendenti: et non ementi: nisi
 forte plus iusto p̄recio vendidisset. quia tunc resti-
 tuere tenetur empori. et non primo venditori.

Vtrum venditio reddatur iniusta propter dē-
 fectum rei vendite: vel etiam propter latentē eius
 bonitatem? **Respondeo** fīm Cho. scđa scđe. q̄dne
 lxxvij. **Circa** rem que venditū triple defectus co-
 siderari potest. **Primus** quidem fīm speciem rei:
 vīputa. si venditū auriculum p̄o auro: aut vī-
 num mixtum aqua p̄opuro. **Secundus** defectus
 est fīm quantitatē ponderis vel mensure: ut si q̄s
 vītatur scienter deficiat pondere vel mensura.
Tercius est ex parte qualitatis puta si animal in-
 firmum: vendatur quasi sanum. **In** his tribus ca-
 sibus: si quis venditor scienter offendit fraudez
 cōmitit. et illicita est venditio: et ad restitutōnē
 tenetur. **Si** vī eo ignorante aliquis predictōrum
 defectuum in re vendita fuerit: venditor quidem
 non peccauit. tamen cum ad eius noticiā perue-
 nerit: tenetur dāmūz recompenſare empori. **Et**
 ex his patet q̄ illicitum est vendere aurum vel ar-
 gentum alchimicum p̄o vero: quia non est adeo
 purum sicut verum: nec habet omnino easdem p̄
 rītates: sicut p̄oprietatem letificandi aut q̄ va-
 let contra certas infirmitates et huiusmodi. **Si** autē
 tem per alchimiam fieret verum aurum: non esset
 illicitum vendere pro vero. quia nihil prohibet ar-
 tem vī aliquibus naturalibus caulis ad produc-
 dos naturales et veros effectus. vt dicit August.
 in libro de trini. **Vide** de hoc **Panor.** in. c. ex tua-
 rum. dī soz. vī fīm Oldra. concludit. q̄ scientia
 alchimie nō ē prohibita. et dī q̄ in hoc vīa speci-
 es non transmutantur in aliam diuersam: cum omni-
 na metalla procedant ex eodem fonte: vīo p̄in-
 cipio. videlz ex sulphure et argento viuo. **H**z vī

ii 4



Emptio

est melior influentia astromi: ibi producitur metallum preciosius unde per influentiam astrorum et cum lapidibus et cum herbis quibus insunt multe virtutes pot naturaliter una species metalli converti in alias magis preciosas.

Et circa defectus mensura queritur. an excusat tabernarii dantes mensuras vini diminutas. scilicet usque ad collum dolij. vel alterius mensurae cum hoc sit de more tabernariorū. **R**u. archi. f. dicit quod non excusat. quod ementes decipiuntur: cum intendant recipere plenam mensuram. et propter voluntatem ipsorum diminuitur. **A**ec consuetudo excusat quod dicenda est corruptela. nisi hoc faciant: ut se seruer in lemnis: vel cum aliquo lucro et rationabili: ut quia alii non lucrarentur si plena mensura darent. quia oportet premium augere: in quo non intuerintur emptores: vel paucos. **S**ed verte casus. quid de mulieribus que sunt mores patrie dant lanam vel linum ad nendū vel filandū: et purant filatum ad rationem. **T**u. vniuersitatis p. libri. quando hoc fecit qui laborat illa filando. si non soluit de. tu. vniuersitas nisi pro una libri. **R**espondit qui super. quod proprietas non est fraus: quia non decipitur cum sciat sic debere solvi. et sic intelligitur pactum cum a principio sibi datur opus. **S**cienti et presenti non sit iniuria quod quis turpis videat mos.

Circa defectum qualitatis queritur. quid si quis vendat equum: et propter paucos dies moritur. an vendens teneatur restituere premium? **R**u. **P**anor. in et. in iustum. de rerum muta. post **L**y. dicit quod aut moribus notus erat utrumque. et non copertur aliquod remedium. quia scienti et. **N**isi utrumque ignorabat et competit actio quantum minoris: non autem ad totum damnum. **A**ut sciebat alter tuus. Et si emptor sibi imputetur: ratone predicta. **S**i venditor: teneatur ad omne interesse: quod inde passus est emptori: non solum ad premium. **V**er. l. **J**ulian. ff. de act. emp. nisi interuenisset pactum: ut non teneret.

Sed quid si emptor: fuit minus diligens? **R**u. **L**y. quod nihilominus teneatur venditor: quod licet emptor: fuisse in quadam culpa vel negligentia: tam venditor: fuit in dolo: quod non patet vicium. et dolor proponderat culpe. ut in. l. **I**tem si obsterix. ff. ad. l. aquil. **I**o. an. tamen post alios dicit quod si equus videntur infra triplum moritur: et reperitur habere eorum marcidum: presumendum est illum morbum tempore venditionis habuisse. et hoc presumitur ex paritate temporis. **D**e eo autem qui vendit equum pro morto et umido: et aliis defectibus. vide s. **A**rbitr.

Quero de. quod quotidiana. **V**enididi tibi fundū expressis terminis et declarata mensura terre. puta dixi quod erat duorum modiorum: nunc autem reperitur in maiori quantitate. an id quod plus est cedat venditor: vel emptori? **O**ldra. concludit quod quod loquens utitur terminis denotantibus certum numerum vel mensuram: et agit ad supplementum quando. s. expavit conceptum suum: in cipiendo a numero vel mensura. **Q**uandoque utitur terminis denotantibus speciem: seu corpus:

licet adiiciat certum numerum vel mensuram. **E**t tunc illud quod est plus cedit emptori: quia hoc causa: numerus: vel mensura videtur adiunctus loco demonstracionis que licet sit falsa: non videtur nec minuit id cui adiicitur. vt. l. falsa demonstratio. ff. de pdi. et dem. **E**xemplum secundi. vendo tibi tale fundum: sic pfiniatur: qui est trium modiorum. **E**xemplum primi. vt vendo tibi terram quatuor modiorum in talibus confinibus. hec **P**anor. in. c. per tuas. de dona. vel die clarioris quod aut premium taxatur per modia. et tunc emptor non plus poterit habere. **S**ecundus si premium non taxatur per media. quod tunc totum habebit.

Otrum venditor: teneatur dicere vicium rei venditio? **R**u. **F**m **T**ho. vbi s. venditor: qui rem vicinam erponit vendendam: et hoc ipso dat emptori damnum vel periculi occasionem. **D**amnum quidem: si propter huiusmodi vicium res sit minoris premij. tis de precio nihil minuit. **P**ericuli autem: si propter huiusmodi vicium: unus rei reddatur impedit vel noxius. puta si quis alicui vendat equum claudicantem pro veleci: vel donum ruinosum. p. firma: vel cibum corruptum aut venenosum p. bono. unde si huiusmodi vicia sint occulta: et venditor: non detegat est dolosa et illicita venditio. et venditor: tenetur ad damnum recompensationem. **S**i vero vicium sit manifestum. puta cujus equus sit monoculus: vel unus rei et si non competat vni: potest competitere alii. et venditor: propter huiusmodi vicium subtrahat de precio quantum oportet: non tenet ad manifestandum vicium rei. quia forte propter huiusmodi vicium emptor: vellet plus subtrahi quod est subtrahendum. unde venditor: potest licet vicium rei subtrahere. **I**dem dicendum est: si quis habeat librum venalem: sed corruptum. non tenetur dicere eius vicium: dummodo subtrahat de prelio propter huiusmodi vicium: et dictum est.

Quid si aliquis portans merces ad locum: unde seit multos sequi se cum similibus quod si diceret. non posset suas adeo care vendere. **R**u. **F**m **T**ho man. vbi s. **V**enditor: qui vendit rem **F**m premium quod inuenit: non videtur contra iusticiam facere: si quod futurum est non dicit. **S**i tamen diceret. vel de precio subtrahet: abundantioris esset virtutis: quis ad hoc non videatur teneri ex debito iusticie.

Tone. quis intendens nocere alii: scribit litteras dirigendam alicui suo amico: admonens ut emat multum de aliquo mercimonio: ut aromatibus: lana et huiusmodi. quia erunt cara in futurum: quod nouit esse falsum. et permittit sibi cadere litteras ut aliquo certo loco: vbi frequenter aliquis: quod odio habet conversari. ut eas inuentam legat: et talia emat: et multum inde perdat. et totum hoc sequitur. **R**esponder **A**rch. florenti. quod talis mortaliter peccat intendens proximo suo nocere. non tam teneatur satisfacere de damno. quia non dedit occasionem damni efficaciter. extra de iniuri. si culpa non enim ita leviter debuit credere. **E**t sibi imputet levitatem suam. licet aliqui alii teneant quod talis

Emptio Fo. LXXVI.

teneatur restituere. ut recitat sanctus Bernardi. in tractatu restitutionum.

Tutus venit casum de quodam casu qui accidit venetijs. Cum quida magnus mercator literas accepisset a partibus orientis: ut emeret aromata multa: quia futurum erat ut premium eorum multum cresceret: quia inde transmitti non poterant ab illis partibus. Ille plectam literam dilaceravit et in terram frusta proiecit: nihil alicui dicens intendens illud facere: de quo cautus reddebat. Sed alius tenuis mercator: litera illius frusta collegit: et insimul suis partibus coaptavit et legit. Quo facto: cum hoc a nullo sciret: accessit ad omnes apothecas: que habebant huiusmodi venalia. et certo precio emittit. Cuius mercator: magnus ire ad emendum: inuenit omnia vendita. Interrogat de persona emptoris: miratur nesciens factum: sed dum percepit. Hic lucrum magnus quod ille sperabat ex huiusmodi emptione: aliis sua industria sibi: percuruit sine iniuria eius: nec sibi in aliquo tenebatur. In autem in dicto casu ille recolligens frusta literarum: et postea leges peccaverit mortaliter. Respondet quod si talis legat ut sciat secreta eius: curiositas est. Si ut sibi prouideat: prouidetiam humana est: nec peccatum. Quilibet enim licet est sibi accipere rem que habetur pro derelicta: cuiusmodi est talis litera.

Tutus de mercatoribus qui inter se connentur: ut certo precio vendant: vel quod unus solus tales merces vendat. **R**u. fm **D**omi. pactum illicitum est. Et similiter si quis in ciuitate impetrat ut sibi soli vendere liceat. quod si quis homini officium exerceat: debet fm leges suis bonis explorari: et exilio perpetuo damnari. **S**ilicet et procedentes puniri. i. officiales quod predicta procedunt vel non puniunt. **C** de mono. l. vna. vbi **A**zo per illam. l. concludit prohibitum esse: ne quis exerceat monopolium. i. singularem negotiacionem quod accidit: cum aliqui inter se paciscunt ne aliquem instruant in arte sua: nisi filios et nepotes: vel cum aliquo modo per pactum id facere uituntur: nisi soli commodum alicuius artis vel negotiacionis faciant. Dicitur monopolium a monos quod est unum: et pola quod est venditio: vel a monos quod est unus: et polis quod est ciuitas. **I**n de monopolium. id est unica negotiatio in ciuitate. et per hoc vetita. **I**deo monopolus dicitur qui solus vult esse in ciuitate venditor: vel emptor. Prohibetur etiam illud pactum: quod inter se faciunt vendentes vel negotiatores: nisi certo precio vendant. **I**dem in balneatoribus: si convenienter ne alter balneent: quod cum ea mercede: quam statuit. Idem in locatoribus rerum vel operarum suarum: maxime in scriptoribus si paciscuntur: ne opus ab altero inchoatum: aliis consumet. **E**bz igitur esse cuilibet libera facultas in emendo et vendendo: vel locando et conducendo: et circa premium et carta mercedem. **S**ed nec ordini ciuitatis grandia per casu licet statuere vel taxare. ff. ad. l. **J**uli. de anno. l. ultimo. hec **A**zo. Item postquam exploruit quis frumentum vel aliam rem venalem in foro: potest compelli: ut amplius illam rem ad dominum portare non

possit: quousque illam vendat. l. nemo la secunda. **C** de iudeis. Item pro fertilitate in communi habenda et caritatis vitanda: potest statui quod quilibet mercator: teneatur ire vel mittere ad alienas partes ad emendum granum in communi vendendum: et quilibet potest compelli ad hoc mutuare pecuniam. l. vna. ut ne li. in compera spe se. ex libro. x. et ibi glo. Item potest statui ne quis ultra indigentiam suam emat: ne aliis res cariores vel incommoditatem habendi reddat. l. i. **C** de epi. audi.

Tutus Quid de his qui quoniam modo faciunt ut annona carius vendatur. puta: impediendo: vel impediri faciendo: vel deinde naues: vel nautas annonomi conductentes. **H**ic quod tenetur ad restitutio nem. ut ponant eam in bono foro: ac si ille naues venissent: et grauiter puniuntur. scilicet pena. xx. aureorum. l. ii. ff. ad. l. **J**ul. de anno. et etiam corporaliter. l. annonaz. ff. de extraor. cri. **I**dem in illo quod facit munitionem bladorum: ut emendo omnem quantitatem bladorum que inueniri possit: et conservando: ut temporibus minus fructuosis cari vendi possit. dicta. l. annonaz. **R**usticis autem blada ad ciuitatem conductentibus bene licet emere in grossu: ad hunc finem: ne ipsis diu stantes ad vendendum ad minutum: subducant ab operibus rusticalibus. l. ii. ff. de nundi. **E**t non solum est prohibita congregatio grani: ut postea carius vendantur etiam de quibuscumque speciebus: vel materialibus pertinentibus ad victimum: vel ad quenamque viuum: per ipsos solum vendendis in carissimam reipublice. ut dicta. l. vna. **Q**ui ergo dat arras in emptionem omnium aromatum ciuitatis: ut ipse postea carius vendat: cum prescinerit naues conductentes fore summersas dicitur facere monopoliion. et incidit in dictam penam! dicte. l. vna. **E**t tales tempore necessitatis et carissime possunt cogi: ut etiam minus iusto precio vendant. l. ii. ff. cum in eadem. ff. ad. l. ro. de iac.

Tutus Quid de illis qui nec vendere: nec emere non videntur: nisi cum mendacijs periurijs et iuramentis. **R**u. fm **R**ay. quotiens causa decipiendi periuriant: vel mentientur scienter: peccant mortaliter: et tenetur ad restitutio nem. l. in quantum deceperunt protimum. **E**t dicit glos. **R**ay. non distinguitur utrum deceperit in modico: vel in magno. hoc tam non intellige quo ad periuria et iuramenta: quia falsum scienter iurauit. **Q**uo vero ad mendacia sine iuramento distingue. quia si in modico lexit proximum quem in multo non lexisset: mortale non debet iudicari. **S**i autem in multo proximum damnificauit: vel in modico cum prava intentione. puta: quia etiam in multo lexisset si potuisset: tunc in utroque casu mortale est. **S**i autem quis igno:ater dicit falsum: credens dicere verum: vel etiam si dicit scienter non intendens nocere proximo: sed se inde nem conseruare: nec propter hoc rem amplius debito supernendit: tale mendacium potest dici veniale. **E**t de huiusmodi iuramentis vide infra iurare.

Tutus **N**otrum liber homo vel prius filius possit ven-

Emunitas. I.

Respon. nō solum; q̄ pater potest vendere filium necessitate famis vrgente. l.i. et. ii. **L**. de pa. qui si. dī. Ita tamē q̄ si restitutus emptor preciūz sine a filio siue ab alio quocunq; et quandōcunq; ipse in ingenitatem gneiat. In nullo autē alio casu licet patri filium vendere. Matri vō etiā vrgente necessitate famis. nō licet vendere filiuū nec etiam maritus eo casu potest vendere uxorem; q̄ uxor non est ita in potestate viri. sicut filius in potestate patris. Item liber homo efficitur seruus si patiatur se vendi ad preium participandum. inst. de iur. perso. S.serui. Addit etiā archi. f. q̄ christiani non possunt redigi in servitutem ratōe belli; vel etiam capti non possunt licite emi in seruos vel empti vendi; et ab alijs emi. Sed bene infideles rediguntur in servitutem; et emi possunt vendi; capti in bello iusto q̄ si postea efficiant xpianū. nō tamen liberant ex hoca servitute q̄uis sit piū hoc facere.

Respon. Otrum vasa sacra possint vendi? **R**espo. ppter necessitatē possunt vendi in eadem forma alteri ecclesie. l.sancinus. la prima. **L**. de sa. san. ec. **G**o. pfracta possunt vendi cuicunq; de pse. di. i. ligna. **L**. q. ii. hoc ius.

Th̄ Dunitas ecclesie. I.
Quā emunitatē habet ecclesia consecrata? Respon. s̄m Ray. habet primo. vt nullus inde per vim extrahatur nisi i casibus q̄s habebis infra. c. proximo. Itē ea que in ecclesia posita sunt; nec per vim nec per furtum sunt auferenda. Alter sacrilegium committitur. xvij. questōe. iiiij. quisquis. Item q̄ nullus mortuus in ecclesia sepeliatur. nisi episcopi; abbates; aut digni presbiteri. Aut etiā fideles laici. viij. q. ii. nullus. Quod intelligunt quidam de laicis qui miracula faciunt vel de fidei in dignitate p̄stituto; sicut comite regis s̄m Hosti. qui dicit. q̄ sic de facto sernatur. Iez glo. ibi intelligat generaliter de omni fidei laico. i. de omni christiano. Sed primū videt p̄sonum rex. Si emi volueret intelligere de omni xpiano; nō erat necessarium exprimere epos; abbates et alios. Item q̄ in seculare habitaculum decetero nō puertatur; de conse. di. i. ligna. et extra de re. do. ad hec. Item nec vasa ecclesiastica. nec cortine. nec cetera ornamenta debent pollui conuiciis nuptiis. vel alijs secularibus vīsibus. Dicit tamen gl. Ray. q̄ si legatus apostolice sedis; vel episcopus; vel archieps. recipere; ab epos; vel monasterio bene possit omari domus ecclesiastica in qua recipere coartis et ornamenti eccliesie. Item nō possunt vendi propter aliquam necessitatē. vt in autenti. de alie. et emphī. S. et quoniam. col. ix. Item q̄ in ea placita secularia non sunt facienda. et omnis sententia; et processus omnis iudicis secularis ipso factō corriunt. de simu. ec. decet. li. vij.

Tan autem in domo ecclie inē late teneant. Respon. Panormita. in. c. primo. extra eo. dicit q̄ licet iudex non debeat facere. si tamen facit credo valere processum. quia cuz dicta constitutio sit penalē non debet extendi. Et intelligo q̄ in domo

ecclesie non debet index secularis ins reddere; q̄n do propria auctoritate; quasi ex iure publico eligit ibi mansionem. Secus autem puto vbi haberet illam domum conductam ab ecclesia vel gratiōem tessani.

Th̄ Quid de p̄tractibus initis in ecclesia. nunquid valebunt? **R**espo. glo. in dicto. c. decet. q̄ non debet fieri. et qui faciunt peccant. tamē p̄tractus tenet. nam cum tñ. p̄cessus et sententias iudicium irriter et penalē sit p̄stitutio; penam non extendā. Item non s̄nt ibi plamenta. et gl. ibi dicit. q̄ hoc est contra vniuersitates italie; que frequenter faciunt in eccliesiis talia plamenta. Itē phibet ne in eccliesiis et cimiteriis s̄nt seditiones; conclamatōnes; impetus vniuersitatum. et quarumlibet societatum contentiones; negotiaciones. et precipue nundinarum aut forma cuiuscunq; tumultus ac strepitus iudiciorum seculiarum. Et glo. in verbo seculariū dicit ecclesiastica ergo iudicia ibi tractari possunt.

Th̄ Quid autem devendentibus candelas in ecclie? Archi. f. dicit. q̄ clerici vel religiosi qui hoc faciunt principaliter ad satisfaciendum deuotōni fideliū excusari possunt. Si autē ad cupiditatem et lucrum principaliter non vident posse excusari a lucro eis prohibito talis negotiatiōis. Et p̄cipue in tali loco. Sicut nec sacerdotes veteris testamēti; in his que vendebant in templo. Et in casu p̄dicto q̄uis p̄solendum sit q̄ lucrum factū in huiusmodi pauperibus erogetur; non tamen hoc vē detur esse de necessitate. Et ratio est; quia datio et receptio pecunie in huiusmodi; de se nō ē prohibita. Sed actus negociandi. non simpliciter; s̄ in tali loco; tempe; personā vel fine. licet aliqui p̄trari dicant. Non tamen inuenio aliquid ins; vñ doc. solennez hoc expresse dicente. s. q̄ de necessitate sit pauperibus dandū.

Th̄ Otrum ecclie non consecrata habeat predicas emunitates? Respon. Panormita. in. c. ecclie. eo. tñ. dicit q̄ sic. de quo vide supra. Absolutio primo. Idem dic de ecclesia interdicta; vt gaudeat p̄nūlēgo eodem. Idem de cimiterio. Item laici in choo essent non debent. tñ Panoz. in. c. i. de vi. et ho. de. dicit q̄ hoc nō est p̄nūlēgo clericorū; s̄ ut psallentes no impediant.

Tan autē priuata oratoria gaudeant eadē emunitate. vide s̄. Absolutio primo.

Th̄ Quid si possessio aliqua siue domus; tenebatur albergum facere alicui; et ipsa postea peruenit ad eccliam? Respon. s̄m Hostien. ecclesia tenebit aut rei seruitum exhibere aut ipsam possessionē vendere.

Th̄ Que emunitas personarum ecclie. et quam emunitatē habeat ecclia circa res temporales. et quā emunitatē habeant p̄dia ecclie. videbitur in locis suis.

Th̄ Que penavolantū emunitates ecclie? Respon. s̄m Hof. Qui aliquo modo ecclias violat; seu p̄sonas; seu ab ipsis rapiunt violenter; seu usurpant bona ipsarum; sacrilegium committit. et excommunicandi sunt. in certis vō casibus sunt ip̄.

Emunitas.ij. Fo. LXXVII.

so iure. ut incendiarius et effractor ecclesie. ut docim
est s. Absoluto primo. Violator vero ecclesiastice li
bertatis excommunicatus est ipso iure.

TQuando autem dicatur fieri pro libertatem eccl
esie. dic quotiens tollitur. vel minuitur libertas ec
clesie; etiam particularis. quando usque libertas talis
non est minus ecclesie particularis; sed est etiam ge
neralis aliarum. ut in c. i. e. ti. li. vi. Et hoc ex p. q.
qui turbat iurisdictiones vniuersitatis ordinarii ecclesiastici
turbat libertatem ecclesie et dicitur facere iniurias
ecclesie vniuersali. Et ex his decidit alia questio: q.
fuit de facto de quodam statuto quo cauebatur q.
nullus presumeret allegare q. prepositus praten.
ecclesie non haberet iurisdictionem quasi episcopalē
in loco. Dicitur q. est pro libertatem ecclesie. nam
per tale statutum violater libertas episcopi dioec.
qui in spirituali iurisdictione fundat intentionem
de iure communi in tota dioecesi. xxv. di. perfectis.
Est etiam violatio libertatis ecclesiastice; si laici di
sponunt auctorizabiliter in aliquo de rebus eccl
esie. ut in c. bene. xvij. di. t. c. ecclesia sancte Marie.
de p. s. Et sic plurimi lap. de casti.

TQuid si eccliesie particulari; vel alicui speci
ali ordinis competit aliquid particulare priuilegi
um. et istud violetur? Pone exemplum de priuilegio
cisterciensis. de quo de rescript. cum ordinem
vnde si aliquis delegatus apostolicus vrgit cisterci
enses ad respondendum coram se per rescriptum
non faciens de eoq. ordine mentionem. An faciat
pro libertatem ecclesie? R. q. non. Nam hoc ca
su oportet q. citatus alleget priuilegium suum. forte
enim negabit esse cisterciensem. Et est verum sic in
tellectum: quod tenet docere de his que sunt facti.
Et hoc nisi sit notoriū. de hoc tamen vide. i. Exe
ptus. Et ex p. dictis p. clude q. sit pro libertate ec
clesie quandocunq. violatur priuilegium p. cessu
super generali libertate ecclesie. Et hoc sine violat
quo ad omnes ecclesias sine clericos; sine quo ad
vniam ecclesiam vel clericum: quia omnes ecclesie
sunt una. xxiiij. q. j. loquitur. Secus de libertate p
ticularis ecclesie. id est non competenti generali ec
clesie.

IEmunitas.ij. scilicet cōfugientius
ad ecclesiam.
Nullus ad ecclesiam p. fugiens inde
per vim extrabi debet; p. teretq. in quibusdam ca
libus. Primo si ille qui p. fugit ad ecclesia m. sit pu
blicus latro. Publicus latro f. m. panor. in. c. inter
alia. extra eo. dicitur qui palam et publice furatur
ut sunt isti piratae; vel qui. publice stant in stratis
vel qui stant in arce; vel castris. et derobant trans
tentes. Secundo si nocturni populatores agrorum:
qui dicitur qui obsidet stratum publicam deroban
do transeuntes. Et differt a publico: q. iste clan
destine furat: et in nocte segetes destruit duz i. eis
se abscondit et iacet et latet; vel quia p. ter homicidia
et rapinas que facit in stratis comburit et destruit
agros illoq. qui ei non seruit. Isti autem duo casus
p. cipue excipiunt f. m. Jo. an. q. de aliis p. sumitur
q. non insidiose hoc fecerint. hoc est q. non ex pro
p. posito prius deliberato: sicut in istis presumit. Et
sicut leges plures personas excipiant: per ins cano
nicum in hac parte legibus derogatu est. ut in di
cto c. inter alia.

TQuid si quis in eccliesia p. missit maleficis. spans
se ab eccliesia defendi. qd semper p. sumit nisi p. trahit
p. b. f. An debet p. eccliesia defendi? R. Non.
in. c. imunitate extra eo. dicit q. no. Et dicit q. ille
ter. loqu. f. de delicto in ecclie p. missio. dictu vero. c.
inter alia. loquitur gnaliter de delicto extra eccliesia
p. missio.

TQuid autem si delinq. in ecclie: ibi non desi
quit eo animo vt defendere ab ecclie. nunq. ex
cludeb. ab hac emunitate? R. No. dicit q. p. sum
ptio iuris et de iure videt pro libertate in ec
clie. tñ p. cludit q. si posset p. stare q. no ex p. posito
pp. immitias: h. verb nouiter o. homicide ibi
p. miserit: q. tunc habebit hanc emunitate. Et p. sumit
ille animus: ex q. no habebit cum offensio immitias
Et cu. hoc dicto transeunt cōter doc.

TQuid si l. extra cimiteriu. trahit eum qui stat
intus p. prem mantelliq. manet exterius. An di
cat offendere ecclie immunitate? R. No. V. in. c.
fi. e. t. tenet q. sic. Ma. et q. trahit clericu sic incidet
in canon. Secundum f. m. f. si volente de loco im
munitatis trahat eum ad mortem: vel alia pena corpor
al. p. d. n. R. q. canon solus violentia p. deminat.
Si volenti no fit iniuria t. c. Idem panor.

TQuid si ex. in loco imunitati p. cutiat enom
iter ex. extra illu. locu. An hec locu. d. c. fi. R.
panor. in. d. c. fi. dicit se credere q. sic: q. delictu fuit
principiatu in ecclie. Iz alibi p. summatu.

TPone aliquis cepit aliquem p. sonam in platea et
portauit eum extra platea. et ibi p. cussit eum. An p. mi
natur tanq. p. cuties in platea. R. Bar. in. l. qd ait.
ff. de adul. p. cludit q. no. et ibi dicit q. qm. inspici
initiu quo ad locu. et q. ad temp. et qm. inspici si
nis. nam qm. initiu et finis sunt illicita: tunc inspici
mus finem. et hoc fauore rei. ne de vtroq. puniat.
Sed qm. principiu est licitum: et habet causam lici
tam: tunc illud principiu inspicimus. pro hoc fa
cit optime. l. qui cu. maior. ff. de bo. li. Et p. hoc sol
uit p. dicta questio. et hec sequens. Pone aliquis in
sultauit aliquem in platea. et fugauit eum vlcq. extra
plateam. et ibi eum p. cussit. Non videtur cum p
cutere in platea. Sed pone alium calum. Statu
to cauet q. quis possit offendere alium ingredien
tem in possessionem suam: in ipsa possessione sine
pena. Modo aggredior: vnum ingredientem in
possessionem meam. et eum fugientes p. sequor: ex
tra possessionem meam. et ibi cu. p. cito. Certe lici
te p. cito: seu occido. Huius ratio est: q. initiu fuit
licitum. tene menti p. clera. hec Bar. in. dicit. l. qd
ait. vbi etiam ex illa. l. insert. q. in maleficiis dicit
n. iiiij

Emunitas.ij.

incōtinenti fieri: quod sit uno impetu licet duret per horas illa rixa.

TQuid de eo qui existens in ecclesia mandauit delictum alibi cōmitti. vel econtra existens extra ecclesiam mandauit delictum i ecclesia p̄mitti. **A**n gaudeat immunitate secuto delicto ad ecclesia cōfugiens. hec questio dependet ab illa. vbi dicatur delinquere mandator. an in loco vbi mandauit. an vō vbi delictum fuit consummatu. **L**ex. in cle. pastoralis. de re iudi. iuncta glo. videtur innuere. q̄ videt delictū p̄mittere vbi fuit securitum.

TAn autem confugiens ad ecclesiam exceptis p̄dictis casibus consequatur p̄orsus remissionē delicti. **R**u. **P**anor. in dicto. c. inter alia. dicit q̄ nō. Sed consequitur principaliter duo. **P**anno vt inde non possit amplius de illo delicto damnari ad mortem: v̄l ad altam penam corporis afflictionam. Potest ergo damnari pecunialiter: vel aliter q̄ in personaz. **A**d hoc. c. constitutus. xvii. q. viii. vbi dicitur fugientes ad ecclesiam sunt ab omni tormentorum genere securi. Contra eos tamen etiam dum sunt in ecclesia: potest agi non solum ciuiliter: sed etiam criminaliter fm **P**anormitanum ibi. dummodo non sequatur pena corporis afflictionam. poterit ergo puniri ad omnem penam preter corporalem. & si non potest satisfacere: seruier ei imperpetuum quēlesit. Sed qualiter mandabitur executioni illa pena et quomodo procedetur contra istum ex quo ē in ecclesia. **H**ic q̄ poterit exire ecclesiam: nāz ex solo confugere ad ecclesiam consequitur emunitate ut in dicto. c. constitutus. et vbi timeretur de violencia: debent prelati recipere cautionem idoneam: vel iuratoriam: de vita eiusq̄ membris saluadis. **S**i vō nullo modo vult exire de ecclesia forte timens tyrannidem iudicis secularis: dic q̄ nullo modo debet extrahi per iudicem vel alium. p̄ter. qui innuit: q̄ nullo modo extrahi debet. tamē si ipse non vult comparere: potest constituere p̄curatorem.

TAn autem hec immunitas sit concessa clericis et religiosis: vt non possint per iudicem propriu. in ecclesia arceri: se violenter extrahi. **R**espondit **P**anor. in dicto. c. inter alia. dicit q̄ salua meliori deliberatione: hec immunitas non habet locum in eis: si iudex ecclesiasticus causa discipline vult eos in ecclesia arcere v̄l extrahere vt duci faciat ad carcerem. hoc probatur apertissima ratione: p̄serum in religiosis: qui raro aut nunq̄ exirent claustrum monasterij. nam fm regulam eorum et iura p̄muni: possunt per eorum superiores in monasterio arceri: verberari & incarcerari. Et si opus est de monasterio expelli: & in alijs monasterijs arioribus intrudi. vt in. c. vniuersitatis. de sentent. excom.

TQuid si quis cōmisit maleficium in una ecclesia: nunquid defendetur confugiens ad alia. **R**espon. fm v̄v. q̄ non. quia cum una sit ecclesia i toto orbe: licet multe sint particulares ecclesie qui in iuriam facit vni: facit et omnibus. licet forte de cōsuetudine apud aliquos aliter obserue: forte pu-

tantes q̄ sicut minor utile priuilegio suo p̄tra alia minorē. Ita una ecclesia p̄tra alia.

TAn aut fugiens ad ecclesiam p̄ debito gaudeat hac immunitate: **R**u. **P**anor. vbi s. dicit q̄ sic p̄ text. ibi. vbi p̄hibet generaliter extrahi de ecclesia inuitus. Et circa hanc materiā. cum querit. an ecclesia p̄ster in unitate p̄fugientib⁹ ad ea. **P**anor. vbi s. post **C**y. in. l. p̄pti. **L**. de his qui ad ec. p̄fug. distinguit. q̄ aut ille qui p̄fugit ad ecclesia non est catholicus: & sic nō iunatur p̄ ecclesiā. vt. l. j. **L**. de his qui ad ec. p̄fug. Aut est catholicus. Et tūc. aut deliquit in ecclesia. aut extra. Si in ecclesia: tūc nō iunat nisi vt s. dictus est. Aut deliquit extra ecclesiam: et tūc. an liber vel seruus. Si seruus. aut fugit. p̄pter magnā atrocitatē dñi: qui ad mortem eius latagit: & tūc habet locū insti. de his qui sunt sui vel ali. iur. hoc est q̄ pingui succurrunt seruo q̄ dicas in dicto. c. inter alia. Nam nō reddit dñs sicut dicitur in. d. c. inter. Sed ex quo eius servicia est intolerabilis: est cogendus seruū vendere. Expedit enim reipublice ne quis re sua male utatur. Aut fugit. p̄pter domini modicā seniciam. Et tūc h̄z locū qd dī in. d. c. inter. s. q̄ prestita a domino cautione de impunitate: si non velit exire: inuitus extrahit. Aut fugit sine aliqua domini servicia. Et tūc. aut sine delicto. Et idem dicendum vt supra dictum est nunc. Aut propter delictum. Et si modicum deliquit p̄tra dominum: vt quia forte surripuit vnam mensuram vni: vel quid simile. Et tūc habet locum q̄ dictus est. Aut fugit seruus propter delictum non facile. Et tūc aut timet puniri a domino suo aut ab alio. Si timet a domino puniri siet sibi restitutio prestita cautione de impunitate. de qua in dicto. c. inter. Si vō timet puniri ab alio. puta: a iudice. Et tūc idem dicendum est in eo quod in libero. Aut queritur dī libero homine. et tūc aut fugit propter debitum. aut propter delictum. Si propter debitum. aut fugit p̄pter debitum tributorum. aut propter aliud debitum. Si propter tributum scilicet debitum principi. **D**e. vt refert **C**ynus videtur in hoc dicere q̄ debitores tributorum non extrahuntur de ecclesia: sed ibi citabuntur. et si defendant se: bene quidem. Alioquin procedetur ad missiōnem in possessionem bonorum. Et ita intelligitur autenticū. de manda. princi. s. publicorum. col. tercia. quod **P**anormita. placet: quia non potuit imperato: p̄ ius suum nouissimū p̄ejudicare immunitati ecclesie per canones concesse. Aut fugit propter aliud debitum. Et tūc fm omnes non debet extra hi inuitus. Si autem liber homo fugit: propter delictum. **D**ic vt dictū est s.

cle. sup̄ verbo. nominatim. i. p̄p̄s nōdibus ipsoī exp̄ssis. q̄si nō sufficiat dyocelano monere in gene-re clericos dyocesis sue. vel clericos talis plebana-tus vel talis ecclesie. Sed monere debet exp̄mēdo illius vel illoꝝ noīa. Et cōcordat glo. in. c. oītōnē. li. vi. de sen. ex. sup̄ verbo. noīatim. s. p̄p̄s noībo exp̄ssis vel alijs indubitabilijs circumstantijs. que habeant vicem. p̄p̄j noīs. Idē si dicat: moneo fi-lium petri. cū ille vnicū filiu bheat. Sed p̄ cōcor-dia dicit panor. q̄ vbi agit de pena incurēda ipso iure. nō dicis qđ fieri noīatim. nisi exp̄manē noīa p̄p̄a. q̄ hoc importat ethimologia huiꝝ verbi no-minatum. Nā in istis odiosis nō est recedenduz a p̄p̄o significato verbor̄. vt in. c. statutuz. de elec-ti. vi. nūlī forte circumstantie sint ita stricte. q̄ ex toto teneant vicem. p̄p̄j noīs. Si v̄o agit de pena nō in-currena ipso facto. nūlī sufficiunt circumstantie non ita stricte. Sic intellige **I**nno. dñ ponit exemplū. q̄n̄ interdicti ciuitas. Et intellige q̄n̄ interdicti po-pulus alicuiꝝ ciuitatis. nō interdicta ciuitate. Nā interdicta ciuitate nō est interdictus p̄p̄lūs. quia posset alibi audiire diuina; vt nota. in. c. si ciuitas. de sen. ex. li. vi. Et idem videt tenere **H**ir. li. iii. v̄bi dicit noīatim. i. noīe. p̄p̄o exp̄sso. vel generali: qđ nō habet nūlī vñū suppositū.

Sed valebit ne monitio. si index generali mo-net oēs de collegio vel de vñueritate: Dic q̄ nō. fm. **H**uill'. p. d. c. oīstitutionē. Et est casus sp̄alis. et si ignorat noīa illoꝝ de cōmentu. coget rectorē con-venitus ad indicandū nomina.

An autē interdictus nō noīatim posset in cym-i-terio sepeliri: **G**lo. dicit q̄ sic. dūmodo locus in-dictus nō sit. **T**e. dicit glo. verā. nūlī pro certo q̄n̄ sciref eos tale qđ fecisse. p̄ter qđ erant interdicti. Tales em̄ non debent sepeliri in cymiterio. V̄bi v̄o nō sit certū. h̄z locū glo. fm. eundē. P̄o glo. nū facit. vt nō sufficiat facti notoriū: nūlī adslit ista q̄li-tas noīatim. s. in denunciatione noīatim sp̄aliter vel expresse.

Qui autē dicant manifesti v̄surarij. vide supra Excommunicatione. xxv.

Quid si sepieliat publice excoicatuꝝ et noīatim interdictuꝝ. et v̄surarij manifestum tpe interdicti. R̄ndit pau. q̄ talis est ligatus qđruplici excoica-tione. Et addit glo. q̄ de omniō dz satissacere et ab omnibꝝ absoluī.

Quid si sepieliens ignorabat istū quē sepeliuit esse excoicatuꝝ vel v̄surarij vel interdictuꝝ: R̄ndit glo. q̄ talis sepieliens nō est excoicatus. q̄ cōstitu-tio req̄rit sciām. vt ibi in tex. scient. Itē dicit p̄rie temeritatis audacia. Nā v̄bi est ignoraātia: temeri-tas dici nō potest fm. **Z**en. De bac ignorātia vide infra. c. Ignorantia. et c. lex.

Quero: an portantes ad sepulcrū: qui tñ nō se-peliunt. sunt excoicati. Itē quid de comitantibꝝ fu-nus. Itē de fabricantibꝝ et fodientibꝝ vel aperi-en-tibus sepulcrū. Itē qđ de platis. clericis vel mun-i-

stris ecclesijs in quaꝝ cymiterijs sepeliuntur. que illud nō. p̄bident. h̄z patiunt̄. Itē quid de clericis. vel laicis qui portant cereos cruces et similia. **G**lo. arguit ad partes. et nō determinati **L**ap. et **H**te. te-nent q̄ isti sunt excoicati. Addit **P**au. q̄ ne-dum actualiter ponentes corpus sub terra. h̄tia dicentes officiū supra funus. forte in currūt hanc penā. imo fortius incurunt. quia plus cōtēnunt. Addit etiā idē. intelligo de sepelientibus de facto. absentiibꝝ clericis. Ide de sepeliri facientibꝝ vel mā-dantibus. de sen. ex. mulieres. Tamē litera videt. sepelientes in cymiterio punire. Et sic dicētes offi-cia qui nō sunt sepelientes nō incident: cum in pe-nis sit mitio interptatio facienda. Sed **J**o. cal. in tractatu de ecclesiastico interdicto mouens predi-ctum dubiū: sic dicit. **N**ibi videt q̄ si nominat̄ interdictus vel etiā non nominat̄. h̄z tpe interdi-cti in casu non p̄missō a iure: si cū diuinō officio se-pultus est. omnes p̄dicti etiā sociantes causa ho-noris vel clerici diuinū officiū facientes vel nō p̄-bribētes cū possunt: oēs pena excoicationis ligan-tur p̄ istā cle. quia hoc casu sunt oēs participes cri-minis: sine cooperantes. ad hoc de sen. ex. nuper. Si v̄o sine officio clericor̄ talis defunctus sepul-tus est etiā in loco cymiteriato. licet tutius sit dice-re p̄dictos oēs forte ligatos pena de qua hic. tamē trepidus credo nō ligari dicta pena. Sed quia vi-dentur contēnere generalem. p̄hibitionē: poterū arbitria pena puniri: etiā per iudicem ecclesiasti cū. iiij. q. iiiij. engeltrudaz. Ad hoc me mouet finis cle. v̄bi per quedā verba viden̄ remoueri priuile-gia: que clericis solent concedi. et nō laicis. Ut an-tem verba non videant̄ sup̄vacue apposita: opo-ter q̄ intelligant̄ de his quibꝝ talia priuilegia solēt concedi. vt lic intelligatur fm. q̄ clausula adiuncta potest adaptari. Sed priuilegia exemptionis so-lent concedi clericis et ecclesiasticis personis. **H**ellis ergo deber intelligi principale. d. capituli. Itē sepulitura ecclesiastica. p̄rie respicit clericos ad q̄s id pertinet. xvij. q. i. placuit. s. cum funera ad sepul-turam deferuntur diuina officia cantare. xij. q. ii. qui diuina.

Sed si clerici dicunt officiū sepulture sup̄ fun: et postea deponētes in loco secreto: nō ponit ipm in sepulcro seu cymiterio. nunqđ sunt excoicati. Certe fm. opinionē contraria esset dicenduz q̄ nō. quia textus dicit sepulture. qđ est humo vel tumulo condere mortuū. Et sic per solam celebra-tionem officij. non esset delictuz consummatū. ergo non incidet in pena. Sed non credo q̄ aliquis hoc diceret. Sic em̄ fieret semper durante interdi-cto. Et per consequens cle. ista esset ludibrio. hec **J**o. cal. Et hec omnia de interdictis possunt ap-PLICARI ad manifestos v̄surarios et publice excom-municatos.

Querit etiam. d. **L**au. de ridol. in tractatu. de viuꝝ. quid dicendum de clericis officiantibꝝ. por-tantibꝝ cruces et cereos et associantibꝝ et portanti bus feretrum. tanqđ ibi esset cadauer alicuius pre-dictorum. s. manifesti v̄surarij et c. Cum tamen re-alter ibi non sit: Respondit idem iudicandus

acsi esset.

Vnid si in usurario manifesto appareant signa cōtritionis. et iubet satisfieri de usuris. et post mortem p̄statur cautio ab heredib⁹ de restituēdo. An poterit sepeliri? Rūdit glo. et Jo. de lig. q̄ cantio valet. vt sepeliri possit. licet nō vt reconaleat testamentū. Et hoc dico q̄n̄ apparet signa cōtritionis. et iubet satisfieri: al's securus. q̄ nō sufficeret cautio heredib⁹. tū decesserit in peccato. De hoc die. vt infra. Rest. ix.

VTricelus in onnis cōtra religiosos. q̄ decimas eccl̄is debitas sibi usurpant vel appropriant. vt in. c. religiosi. de deci. Et per hoc qd̄ dicit religiosi. patet q̄ non habent locū he pene in secularib⁹ clericis vel laicis. q̄ delinquit in istis. Itē in hoc qd̄ dicit. q̄cunq; cōphendit etiā feminas religiosas. Et etiā religiolū ad secularē eccl̄ia translatuz. Itē in hoc qd̄ dicit eccl̄ie debitas. p̄z q̄ si decime deberent. nō eccl̄is h̄ p̄nat psonis q̄ p̄ulegiū: vel antiquū fendi. et religiosi phiberent solui. vel aliter faceret contra istā cōstitutionē. nō incideret in has penas.

VQuerit glo. quia tex. dicit q̄ tales religiosi contrahentes sunt suspensi ab officijs. An intelligatur de diuinis officijs. an de alijs. puta. si erat laic⁹. elemosynarij et hmoi. Glo. arguit ad partes et non determinat. Pau. intelligit de diuinis. Idē. Ste. vel pōt intelligi de officijs ipsalibus que habent aliquā religiosi ut sunt. procuratōes et castaldionatus. i. q. iii. iudicator. Et hec scda expositio ē benigno. Intelligi etiā posset q̄n̄ in eadē psona concurrunt officia diuina et alia. Ill's si diuina officia tñi concurrunt: tunc illis sit suspensus. vt vitez maior pena. s. excommunicatiōis. Nota etiā glo. in verbo. donec. q̄ sic suspensi indigent absolutio-ne. q̄ de satisfactione dubitari posset. Non sic in suspensi ad tñs definitiōi. puta. mēsem. vel annū fm. Iuno. Adedit tñ glo. sati se credere q̄ sufficiat iudicis declaratio sup satisfactione. sine alia absolu-tione. in excommunicatiōi. nō necessaria est absolu-tio post satisfactionem. de hoc vide supra. Absolu-tio primo.

VQuadragesimus p̄tra monachos et canonicos regulares q̄ non habētes administrationē: curias principū intrant et dāmificent monasteria vel prelatū eius. vt in cle. ne in agro. de sta. mo. Nota. q̄ ad hanc excoicatōē p̄bendā duo sunt necessaria sc̄z q̄ intrauerint curiā. et q̄ causa dāmificandi mo-nasteriū vel plati licentiā. nō habere vel nō habe-re: puto nō ponderandū. Hinc est q̄ etiā de licē-tia plati intrans curiā: si ad hoc intrat ligatus est. Et solo igit̄ exitu claustrī ob hanc causam. non ligatur. Itē ex quo intravit ob hanc cām. licet dām. non intulerit: sine qua nō potuit. sine qua peni-tūtū ligat⁹ est. hec glo. Hic notat Jo. an. xij. abu-siones claustrī. s. Prelatus negligens. Discipulus inobediens. Juuenis oculos. Sener obstinat⁹. Monachus curialis. Monach⁹ caniculus. Ha-bitus p̄ciosus. Libus exquisitus. Rumor in clau-stro. Lis in capitulo. Dissolutio in choro. Irreue-rentia circa altare.

VQuadragesimus primus cōtra monachos tenētes arma infra septa monasterij sine licētia abba-tum. in cle. ne in agro. de sta. mo. Et nota glo. in verbo monachos. q̄ dicit. q̄ tex. nō repetit canonicos regulares. Pan. dicit. q̄ cū loquā generaliter videt includere omnes monachos albos et nigros. etiam si vocent iuxta vulgare frēs. Prima opinio placet. Lar. ne fiat extensio hui⁹ pene: que q̄q̄ vi-deatur fauorabilis aīe: nō tñ debeat extendi ad nō suos terminos. Et fm. Pan. in casu hui⁹ cle. non sufficit petere licētia. h̄ oportet vt obtineat. Sed si forte abbas est talis nature. cui⁹ consortū est intolerabile. vt quia inūngit subditis intolerabilita vel p̄sequit⁹ monachos odio capitali. poterit tūc monachi sine licētia arma sumere: si non potest alijs remedijs succurri. xj. quest. iii. Julianus. hec Lar. Et nota tex. in v. i. per quē patet q̄ extra te-nens arma. pena non incurrit. Quod dicit Lan. Verū etiā si monachus teneat in alio monasterio. licet ho. et ei etiā non liceat. vt in. c. clerici. de vita et bone. cleri.

VQuero quid intelligaf̄ hic p̄ verbū. arma. Glo. dicit. q̄ licet al's armoriū appellatio sit generalis. Ita q̄ etiā comp̄bendit. lapides et fustes et omne qd̄ arcu et manu mittit. tñ hic non sumit ita latissi-me. Lan. dicit q̄ hic comprehendit arma iunatio-nis. sicut sunt gladij. lancee et similes. Itē defensio-nis. sicut galee et lorice et similia. Zen. autē dicit. q̄ forte non fuit mens conditoris q̄ si monachus te-neat lapides vel fustes infra septa monasterij q̄ sit locus pene. Nam videtur intellexisse de illis ar-mis: que cōter arma dicunt. vt sunt ea que cōter ad iniudicandū vel defendendū arma dicunt. Et sic ad cōmūnē modū loquendi se retulit. Dicit ta-men: tutus esset abstinere ab omnib⁹. Et hoc pla-cet zab. vt intelligamus arma fm. cōmūnē vsum loquendi. Et sic illa sola comprehendant. que cō-muni vsum loquendi arma dicunt. nec monachus defensio-veniens cum armis ad claustrum. incidit in hanc penam fm. glosam. quia non dicitur te-nere cum effectu. Idem Pau. et Zenze. per ver-bum tenere. quod denotat temporis continuatio-nem.

VQuid si religiosus teneat arma: non ad offensaz led ad alium vsum. vt lapides ad edificandum. Cul tellos ad vsum coquine vel mense. Respon-dit Pau. q̄ non est locus huic pene. Si autē ha-beret aceruum lapidum ad fenestram vel super portam ad impugnandū venientes. tunc accedit iste textus.

VQuadragesimasecundus contra quasdam mu-lieres que bighine vulgariter dicunt. Similiter et contra religiosos. q̄ eas in eo statu souent vel eas ad tales statū adducunt. vt in cle. cum de q̄busdā. de re. do. Fran. Zab. et Pau. allegant extragan-tem Job. xxi. que incipit. Sancta romana dicen-tes. q̄ hic reprobat status quorūdam qui vul-gariter appellant fratres de pane vitabant bizo-chi aut bighine assūmētes nōne religiosi habitū superiores libi eligētes: cōgregatōes et cōūticula faciētes. nō obstante q̄ ordine hūc a certis dicant-

Excommunicatio.

tur episcopis habuisse. Cum talis viuendi modus nullatenus sit concessus. Et si pau. ibi reprobat status biginalis. quia videt quedam noua religio ppter auctoritatem sedis apostolice instituta. Et ex hoc infert. qd etiam si renunciarerit aprijs. non et hoc erunt approbate. nec religiose ex quo no habeb regulam a sede apostolica confirmataz. de re. do. c. i. li. vi. Dicit idem fran. qd in domo sua pnt mulieres pniā agentes vti qd habitu voluerint. p hoc em qvntā habitu enī sili biginibus. no sunt biginē ex quo no cōgregant cum eis. quia hec biginē. qd hic reproban. nec obedientia pmitunt. nec regulam aliquā approbata. pfitent. et opiniones fidei catholice cōtrarias introducunt. vt dī in tex. hec tū cōstitutio sorores tercij ordinis minorū non includit. cū iste pmittant obedientiam et habeant regulam seu quandam modū viuendi a sede apostolica approbatum.

¶ Quadragesimūstercius cōtra p̄bentes scienter matrimonii in gradib⁹ p̄hibit⁹; vel cū monialib⁹ et cōtra religiosos et moniales p̄fessos vel ordinatos in sacris: cōtrabentes. vt in cle. eos. de cōsan. et affi.

¶ Quid si p̄bat qd cū habente maritū vel cuius iudea vel pagana vel cū cognata spūali vel legali vel contra impedimentū publice honestatis. Rūdit glo. qd licet no teneat matrimonii. tū non incidit in excōicationē. qd in istis casib⁹ no est expressum. Itē nota qd tex. dicit scienter. Ideo si quis p̄heret ignorantia facti. p̄babilis et no affectata. puta. qd nesciebat talē esse suū affinē vel cōsanguineum. no est excommunicatus.

Sed qd si ignorabant. nesciētes vsc⁹ ad quotū gradū cōsanguinitatis vel affinitatis extendere p̄hibit⁹ iuris. Tamē bene sciebat in quo gradu erant. Rūdit glo. qd incidit in excōicationē. quia ignorantia facti et no iuris excusat. Si vo alter solus sciebat. ille solus ligat.

¶ Sed qd si ignorant a principio cōtraxit. h̄ postea supnenit sibi scia. et tū cohobitant cū p̄sanguinea quā acceptit. Rūdit glo. qd no est excōicatus. quia hec cōstitutio no punit cobhabitationē vel incestū sed solū p̄ctū mrimonij. p̄bat hoc solūmodo ex eo qd sine iudicio ecclesie ab illa dinervare non posset. Fatoz tū qd cognoscēdo peccat.

Sed qd si p̄xit cū ea quā credebat cōsanguineā affinē vel moniale et in veritate non erat. Glo. remittit se ad notata. de sen. ex. si vo. el. ij. z. c. in audiētia. Tamē ex illis capitulis trahi potissimum. qd talis no est excōicatus.

Sed qd si impedimentū qd erat tpe p̄ctū matrimoniū. fuit postea remotū. Rū. si remouet per dispensationē pape. verba sunt inspiciēda; an tollat impedimentū etiam quo ad penā ppteritā. an non; h̄ ut faciat tū valere mrimonij. Primo casu absoluū alia no est necessaria. Sedo vo sic. Si vo removetur impedimentū p̄ cōstitutionē reuocatoriā. tū dic fm. Pau. qd si reuocatoria vult p̄fectō ē; quā reuocat fulminatorā excōicationis p̄ infecta haberi. tuncligati p̄ illā no egent absolutione. Si autē tū reuocat. tū sic ligati indigent absolutione. Et

nota. glo. in vbo. mrimonialē. p̄ banc līam videat qd coactus ad p̄bendū non incurrit hāc penā. Et de absolute coactōne; certū est. De cōditionali vo licet tali qd cadere debuerat in cōstantē vix videat ligari p̄. c. sacrī. de his qd vi me. Sed cū no sit mrimonii deficiente cōsensu. de eq̄tate videat talis non ligari. Et nota etiam glo. in verbo p̄bherē qd dicit Secus si sponsalia tū cōtrabat. nisi seq̄tur copula que cū inducat plumpā voluntatē mrimonij. de spon. is qd inducit etiam penā. Et rō est. qd cuz istud sit penale; est restringendū et negari non pōt. quia aliud est mrimonij; aliud sponsalia.

¶ Quadragesimūquart⁹. p̄tra mēdicātes qd sine licentia pape recipiunt noua loca ad habitandū; vel mutat vel alienat hactenus recepta. vt in c. cū ex eo. de ex. p̄. lib. vi. tū in cle. cupientes. de penis. Nota. qd mēdicantes sunt quib⁹ victū tribuit incerta mēdicitas. et qd redditus; aut possessiones ex regula; aut cōstitutionib⁹ habere no pnt. vt de re. do. c. vno. li. vi.

¶ Querit hec. qd dicant acqrere loca noua. Dicit qd quo ad casum hui⁹ decretalis; dī de nouo fieri. qd fit post ipsam decre. Et qd modis dicat nouū. vide de elec. generali. li. vi. sup̄ verbo de nouo. Dicit tū pau. qd si dominus corruat. cuius tamē solum cōtinue remanet in dominio ipsoz mendicantū; licet de nouo redificare; nec incurrit excōicationē. Secus si locus non disruptus desierit esse de ipsoz dominio et habitatione. et postea nouo iure acqrant illud. quia tū incurrit in pena. Et p̄ hoc dici posset de couentib⁹ antiqz in austria. boemia et bmo. de quib⁹ fratres minorēs p̄ longa tempora de facto expulsi fuerūt. Qui quidem conuētus nunc inhabitari possunt per fratres p̄dictos sine metu excommunicatiōnis. quia nunq̄ dicti cōuentus desierunt esse de dominio ipsoz fratru saltem de iure.

¶ Quero an iste tex. hēat locū in feminis. Rūdit Zap. abb. qd sic.

¶ Quero an isti religiosi possint loca acq̄sita post istud capitulū mutare sine licētia pape vel alienare sine metu excōicationis. Rū. Zap. quez seq̄tur p̄. de an. et hec. in. d. c. cū ex eo. dicit qd loca capta ante cōcilium. de quo in. d. c. cū ex eo; no pnt dimittere. aliter sunt excōicati per. d. cle. cupientes. Sed capta post illud cōcilium bene pnt dimittere. p̄ hoc facit līa in. d. c. cū ex eo. tū in. d. cle. in v. hactenus. id est vsc⁹ nūc. qd fm. papī. hacten⁹ p̄. alspirat⁹ facit duas ptes. s. hac et tenus. i. vsc⁹ nūc. Et vere citat hec. hoc de facto accedit bonone. qd fratres de obliteratiōnē cepi. rūt edificare locū sup̄a montē sancte marie. spāli licētia pape. Et ceperunt ex pte septētrionali secus viā. Et qd erat ventosus et frigidus; deliberauerūt mutare in eodē loco. h̄ ex altera pte vie. vt sic mons eos teget et vēto australi. Et definatū fuit qd no hēbat locū dicit⁹ tex. qd ad mutatōnē. nisi de locis ante istud caplīm acq̄sitis. Et sic no erat necessaria noua licentia quo ad diuissionē. Licentia autē qd ad habitandū. de novo iam habuerant. Et sic ex predictis infertur; qd dictus textus habet locum solum in duobus casis.

Excōmunicatio. I. Fo. XCII.

bus. scz si loca de novo ad habitandum recipiātur; vel si habita ante dictū capl'm mutent vel alienētur; etiā si dimittant antiqua loca; ppter alia d' nouo ad habitandum querēda. non autē haber locum cū dimittunt loca acquisita post istud capl'm.

Sed pone. fratres sancti Aug. in cuitate castelle habebant locuz cōtigui muro cuitatis. Cives vñ facerent viam p' quā possent ire circū circa muros cītatis destruxerūt partē. Et dederunt fratribus aliquas domos ex alio latere. Inter q's erat quoddam flumen parvū diuidens cōuentū ab illis domibus. Et dederunt eis licentia faciem di pontem supra flumen; per quem possent ire in illas domos. Querit an possint; hanc. q. format Lazarus. Et arguit q' nō. per dictū tex. cum ex eo. vbi prohibetur acquirere nouas domos ad habitandum. Nam intermediu flumen facit discontinguitatem ad primū locum. Et sic mutationes inducit. Contrariū tamē determinat; vt refert he. in dicto c. cū ex eo. quia talis acquisitione et post acquisitionem edificatio; est de actibus iam permisis. ff. de proba. ab ea pte. Isti ergo iuri antiquo operari stare; nisi quatenus ei derogatum est per. d. c. cum ex eo. Sed istud capl'm imutat in duobus casibus tñ. scz in acquisitione habitationis in loco de novo. et in mutatione et translatione tñ. Sed causas noster in nullo istoru concluditur ergo tñ. Et pro ista parte facit; quia ille qui est prohibitus acquirere nouū ius in re; non dicitur venire contra prohibitionē; scz post prohibitionem augmentet pristinū ius ante prohibitionē quesitum; vt est causa in. c. f. ii. Rn. de cōces. pre. li. vj. Hic est in proposito. Augmentant em̄ isti primū ins. Et sic debet indicari istud additamentū nature proris iuris. Et per pdicta videtur posse teneri q' augmētantes datia et gabellas; per hoc non dicuntur noua pedagia ponere. pro hoc optime facit cle. vni ca. de sup. ne. pre. et. c. consuluit. de iudeis. et. c. p' bibemus. de censi.

Quero an dicti mēdiantes possint capere loca de novo: Rn. q' nō ad habitandum; que sint p' pinqua habitationib' hominū; sine licentia sedis aplice; q' de p'stitutiōe Bonifa. exp'sam faciat mētionē. De locis autē q' sunt in heremis vbi non est pinqua hitatio homin' seculis q' illa de licentia sutorū plator capere et mutare possunt. d. c. cū ex eo. Et nota q' dictū. c. nō. phibet transitū singulorū fratru de loco ad locuz; quia est p'missus ex causa. vt in. c. liz. de re. cū sy. Sed phibet nouū cōuentum capi; vel locu ad locum mutari. vt dicit he. de anch. Et p' hoc patet q' captio domūculaz; vt' mutatio eaz quas mēdiantes capiūt ad habitandum. p' translatu vel p' infirmitaria et huiusmodi: nō cadit sub dicta p'hibitiōe.

Alin autē legati de latere possint dare hanc licētia: he. dicit q' nō.

Quadragesimusq'ntus p'ra religiosos qui in pdicationib' vel alibi dicunt aliqua ad retrahendū homines a solutione decimarii; vt in cle. cupientes de pe. Et nota q' vt habeat locum hec pena duo requiruntur. Nam q' talia dicant vt retrahat au-

dientes a solutione decimiarum debitatarum ecclēsias; secus si dicerent alia intentione; vel si debite non essent ecclēsias; sed alijs quibuscumq;. Hec cūdum est q' p'sferant obligatis ad decimas soluendas. secus si non obligatis. Item nota q' in hanc penam incident si hec verba dicant in sermonibus suis. id est in pdicationib' vel alibi. id est priuatis locutionib' neq' cle. ista habet locum in clericis secularib' vel laicis q' p'ra faceret.

Quadragesimus sextus de religiosis qui constentib' sibi nō faciunt p'scientia de decimis. Motu q' pdicatores vel cōfessores q' nō faciunt p'scientia de decimis sibi p'stentibus; vel qui negligunt pdicare q' fuerint requisiti; non incurrit excōmunicationē sed suspensionem ab officio pdicationis et cōfessionis. donec p'stentibus ipis; si hoc ipsum eis dicendi comode facultatem habuerint cōscientiam fecerint. Sed si in predicta suspensio ne p'sumperint pdicare; p' facto sententia excōmunicationis incurrit; vt in clemē. cupientes de pe.

Quero q' dicit q' tenēt facere p'scientia quādo populo pdicabunt. In teneant q' clecicis pdicant; Rn. glo. q' nō. Item nota fm. zen. q' hic nō sit metio de festo nativitatis domini. ppter celebationē trū missarū. ppter quod nō est forte commoditas pdicandi. Item nō sit metio de festo p'sche. ppter cōmunionē. Sed sit mentio de assumpōne. et nativitate beate Marie. et nativitate Jo. baptiste. penthe. et ascen. dñice. In prima dñica. quartarū ultima quadragesime. Et hoc cū fuerint requisiti ab ecclēsiarū rectoribus vel vicariis; aut loci tenētib' eorūdē.

Sed q' si regrunq' in alijs tpi'bus; videt dicēdu q' nō teneant pdicare; q' hic soluz dicit tex. q' pdicant i' istis solēnitatibus.

Quadragesimus septim'. Officiales cōmunitatum facientes; dictantes; vel scribentes statuta super v'suris soluendis. non repetendis; vel non restituendis; vel iudicantes fm. illa; vel non delētes illa si possunt infra tres menses de libris cōmunitati; vel illa seruantes excōmunicati sunt; vt in cle. ex grani. de v'sur.

Quero; nūquid statuentes q' sui subditi non possint p' v'suris recipere vltra duos solidos p' libra in anno. Et hoc sub pena. x. librarum. Non tamē q' faciant v'suram; sed si fecerint nō recipiāt vtra dicta summa. nūquid incident in sententiā excōmunicatiōis: Rn. Dir. li. iii. dicit q' sic. cum quodā modo audaciam et colorē dent; saltez indirecte ad v'suras exercendas; vt in dicta cle. ex grani. ibi. diversis coloribus. Et quia denegando de maiori. indirecte videt cōcedere de minori tacite. xxv. dist. qualis. Quod verū est si hoc fit in fraudem; vt per hoc sic possint v'suras exercere. Nec si nullo mō intēderet cōcedere. licet illud p'mitteret vt maius malū evitetur. Et sic nō solū de maiori summa; sed etiaz de duobus solidis denegari. videntur. xiiij. q. iii. c. j. et. xxxij. q. j. c. hac ratione. Et fm. hanc distinctionem concordia opiniones que videntur contrarie.

A

Excōmunicatio.

VQuid dicenduz de rege Aragonie et eius officiis qui levant magnum tributum a iudeis: vel saracenis propter viuras quas pimittunt eis exercere ibidem: si repetitiones ab istis iudeis impediunt per istos incident ne ipse rex vel eius officialis in sententiā excōmunicationis? **Rū.** Directoria vbi s. q; sic: q; nedum christiani: sed etiam iudei sunt prohibiti viuras exercere a lege veteri: que iudeis data ē. Idez et **L**and. zab. in dicta cle. ex grām. de hoc vide s. **E**cōcōdatione. xxxv.

VQuero quid de statuto: quod est bergamini q; repentes viuras in foro ecclesiastico & potestem cogūtūr mutuare viurariō tantā pecuniam tanto tempore quanto tempore tenuerāt pecunia viurarii? **Rū.** glo. q; hoc statutum non valet. Et **Pau.** dicit q; hoc statuentes incident in excōmunicationem.

VQuadragesimus octauus religiosi etiā exempli violantes interdictū positum per sedem apostolicam vel ordinariū loci: vel generalem cessationē diuinorū factā p. pūnciale cōcōlūm: vel eum qui hoc possit: seruata per cathedralē: vel matricē ecclesiam loci: excōmunicati sunt ipso facto, vt in cle. et frequētibz. de sen. ex.

VQuero an intelligaf de interdicto a iure. puta canon ponit interdictum ciuitati que insecura fuit episcopum. vt de pe. li. vi. c. felicis. S. ciuitas? **Rū.** glo. q; sic.

VQuero quid si interdictū sit positum a singulari psona que hoc potest speciali consuetudine? **Pau.** dicit q; non habet locum hec cle. cum talis non faciat auctoritate apostolica nec sit ordinari? **E**t hoc videt q; si ex consuetudine haberet ordinariā qd etiam potest esse: de fo. compe. cum ptingat. locus esset huic cle. Et hoc videt verius. nam ter. non loquī de interdicto lato a diocesano: q; tunc solus episcopus intelligere. de vi. et bone. c. vñico. li. vi. **S**ed dicit de interdicto lato ab ordinario. Et sic sufficit q; habeat ordinariā. Idem dicit de legato apostolico: q; si habet mandatū pōt. Ali's secus sicut in delegato. Et sic iste ter. pcedit in interdicto sedis apostolice: vel ordinarii seu delegatorū specialiter ad hoc deputatorū vt interdicant. als. sec? **N**on autē daf specialit ad interdictū: est potius minister q; delegatus. de offi. de le. c. fi. Et ipē pmittēs dicē facere.

VQuero que dicatur matrix ecclesia? **Rū.** glo. in verbo matricem. id est maiorem: vel baptismalem que dicitur matrix: quia sicut mater generat: sic etiā regenerat per baptismum. Et quia interdictū qñq; loca non habentia intra se ecclesiam cathedralē habent tamē matricem. Ideo hoc expressit. et dico hoc locum habere etiam cum illa matrix ecclesia religiosi non obseruantibus subest qđum ad p̄nitentia collationis: vel quia sit ipsoꝝ vicaria: cu; hic generaliter loquat.

VQuid si in loco non sit cathedralis aliqua: vel matrix ecclesia: quia forte ē in alio loco: vel ibi sunt plures equaliter suis parochianis baptisnata et alia sacramēta ministrantes: distinguendum est

q; si omnes ille seruant locus est huic pene. Si vo alique seruant: alique non. tunc nō est locus huic pene. Sicut esset si in tali loco nō esset nisi vna ecclēsia religiosoz. Dicitur autem hic ecclēsia cathedralis vel matrix ecclēsia mūrorū ambitu compre hensa. Et q; ergo in ecclēsia celebrat cōtinua ianuas apertas &c. sine per prelatū: sine p. capitulū totum: vel partem: sine per aliquos clericos ecclēsies. non est locus huic pene: licet pene irregularitatis & alie de quibz infra possint habere locuz fm. Jo. an. Et addit **Pau.** puto tamen q; si in matrice ecclēsia celebraf ab aliquibz extraneis: iniuitis p̄latis et capitulis: q; non est locus huic pene. Et addit **Pau.** q; interdicta metropolitana ecclēsia nō intelligit interdicta matrix ecclēsia pūcie.

VSi interdicta pūncia vel vna diocesi in aliq; bus ciuitatibus: vel castris. matris ecclēsia seruat interdictum. In aliquibus non dicendum q; in locis: in quibus seruatur locus est huic pene. In alijs non.

VQuero qualiter religiosi intelligant scire matricem ecclēsiam seruare interdictuz. **Rū.** glo. qñ viderint: vel alio corporis sensu percepient. puta audierint. Ali's, p̄babilitē ignorantes tales obseruantia non ligantur hac pena. Et nota glosaz in v. obseruare. que dicit nota. quia in non obseruando nō dicit q; se cōforment. addere em̄ intentit bac cōstitutio. nō diminuere ad obseruantias interdictoz. Et ar. a contrario sensu cessat. vbi illius argumenti contrariū reperitur in iure. Item contrariū non est eadem disciplina: vbi verba & mens resistunt. Excessus ergo clericorū matris ecclēsiae non dabit religiosis materia delinquēdi. Intelligo autē illos seruare. quādo abstinent animo oblernandi. hec glo. Sed per papā **P**ium secūcū facta est circa predicta magna restrictio vt patet in extravaganti que incipit. Huius iniunctus. vbi sic distinguit q; aut interdictum ecclēsticū emanat a lede apostolica et eius cōmissariis. Aut ab inferioribus sedibus & eoz cōmissariis. Si pūmū tunc postq; vobis qui loca interdicta inhabitatis insinuatio facta ē: ad illius interdicti obseruantia nulla excusatione aut exceptiō admissa: etiam si ceteri religiosi: aut seculares ex quacunq; causa deficerent: mox astringimini. Si vo interdictū ab inferioribus sedibus emanaret: Iz ab illis exempti sitis ad obdientiā tamē interdicti eius obligamini: qñ matricē ecclēsiaz illud obseruare videritis: cui tunc vos conformari debetis: hec ibi. Et hec extravagans dirigit fratribus minoribz. Et qd hic dicit de cōmissariis inferioribz sediū: pōt intelligi qñ specialit ad hoc s̄t deputati vt interdicant: vt hec dicta nō cōtrarien̄ superius positis. Et nota ex glo. in v. subiacere. q; s̄sententia interdicti vere ligat: & matrix ecclēsia illam nō obseruat: religiosi non seruantes: non ligantur hac pena: sed alijs que haben̄. de ex. p̄. c. vltimo. et de p̄. u. c. episcopoz. li. vi. de sen. ex. is qui. eo. li. vbi habet q; clerici seculares et etiā religiosi sunt suspensi. Itē est eis interdictus ingressus ecclēsiae.

Excommunicatio. I. Fo. XCIII.

Item sunt irregulares et ineligibles actiue et pas-
sione. Si autem intentio interdicti vere non ligat
impediente appellatione; vel alia nullitate; cum
matris ecclesia illam seruat; religiosi ligantur hac
pena sed non alijs. Quodammodo tenet et seruat per
matricem ecclesiam tunc ligant virisq. Quodammodo vero
non tenet nec seruat per matricem; tunc neutris
ligantur. Sed hec dicta per distinctionem p[ro]p[ri]o faciat
sunt limitanda.

TQuid si episcopus mandat seruari interdictum
et capitulum mandat contrarium? R[esponde]re. zen. q[uod] prius
obedientium est episcopo.

TQuadragesimus non[us] casus est de quadaz ex-
coicatione que habet in cle. vniuersitate. de seq. pos. Et
quista excoicatione nihil utilitatis perficit professoribus.
Ideo ea sub silencio p[ro]transeo.

TQuiquagesimus. contra accedentes ad sepulcrum
domini eius etiam denotatis sine licencia pape; et absolu-
tio pape vel suo penitentiario reseruat.

TQuiquagesimus primus. Unicunq[ue] libellos fa-
mosos in vulgari vel litterali sermone; necno can-
tilenas et rimos edere; aut publicare presumunt in
infamia et detractione status ordinis predicatorum et
minorum sunt excoicati. A qua non possunt absolui-
tisi personaliter sed aplice le presentent. Alexander.
in privilegio. Ex alto.

TQuiquagesimus secundus. contra symoniacos d
quiso. i. Symonia. vi.

TSententijs per statuta ordinariorum quocumque
non ligantur ignorantes; nisi ignoratio fuerit cras-
sa aut supina. de cōst. ut anima. li. vi. Et glo. ibi
in v. statuta. dicit de generalibus ergo statutis ca-
nonum vel legum non loquitur que ab omnibus scri-
ti custodiendi debent.

TSed an et qui ignoratio excusat? Vide singula-
ria. i. c. Ignoratio. et c. Lex.

TPro declaracione precedentis. s. primo quero nū
quid statutum certi loci apponens certam penam;
afficiat non subditos delinquentes in loco data sci-
entia statuti. R[esponde]re. glo. in. c. a nobis. el. primo. de sente.
exco. dicit q[uod] non subditi ligantur; ex quo delinquunt
in loco statutis. Ideo communiter tenent legiste in
l. cunctos populos. de sum. tri. et fi. catho. Sed pa-
nor. ibi post Inno. cocludit. q[uod] aut querim[us] o[ste]n-
sionem statuti. aut de scientia. primo calu aut statutum est ap-
tum comprehendere subditos et non subditos. ut in
exemplo dicto. c. a nobis. vbi sic dicit quisque fur-
tum fecerit excommunicatus sit. Et tunc et non sub-
diti delinquentes in territorio ligantur. Nam lex
semp loquitur. l. Ariani. L. de here. Ideo inconti-
nenti; cum non subditus delinquit efficit de iuris-
dictio statutus; et ligatur suo statuto. Aut statutus
non potest comprehendere nisi non subditos; ut quia
dicit statutum archiepi. Quicunque archiep[iscop]us fecerit
ante se crucem deferri in diocesi vel p[ro]uincia mea
sit excommunicatus. Et tunc fuit Inno. non valet statu-
tum quia archiep[iscop]us non haberet aliquem archiep[iscop]um
in subditu. Et sic hoc statutum non potest com-
prehendere nisi non subditos. Host. hoc impugnat
quia fuit op[er]i. Inno. sequeretur q[uod] non posset fieri sta-
tutum contra p[re]g[ra]tinos in loco delinquentes. Panor.

dicit q[uod] iste articulus est satis dubius et adberet op[er]i.

Host. Nā cū statutū habeat tractū ad futurū; et
sic lex territorij referat ad tempus habile; videtur
statutū valere; cu[m] dicat iurisdictionē in territorio
suo. Aut fertur sententia generalis; et p[ro]p[ter]e[rum] habere lo-
cum q[uod] supradictū ē ut tū extenda ad subditos
sentientis respectu delicti committendi. Nonne ex-
emplū. Ep[iscop]us p[ro]sententia suā generalē excoicat oēs
ludētes ad azarrū. An fo[rum] sciens hāc sententia
et p[ro]trafaciens incidat in penam. Et dicit q[uod] nō. Et
magna est differentia fuit Panor. inter statutum
et sententia; q[uod] sententia assumit vires incontinenti in
eu contra quē fertur. vñ habet tū p[ro]prehendere sub-
ditos. Hecus in statuto cū habeat actū successiuū
et vinculū sumat tempore delicti. Et addit panor.
q[uod] de sententia generali debet intelligi dictū caplū
a nobis. utputa q[uod] nō subditi delinquentes in loco
sentientis; nō afficiunt illa pena. Et nō de sta-
tuto. p[ro] quo tex. ibi pronunciauerit. Nec obstat. c.
romana. S. caueat. d. sen. ex. li. vi. vbi habet q[uod] sen-
tentia excoicationis non p[ot]est ferri. p[ro] futuris culpis.
nisi subdit aliqua cā de p[ro]p[ter]i. puta mora. culpa. vel
offensa p[ro]cessit tū. vnde R[esponde]re. panor. q[uod] licet non
debeat talis sententia sic ferri lata tamen tenet. Et
sic si index excoicat per modū sententie iniusta est;
nisi cā p[ro]pter quā p[ro]mulga in sententia exprimat.
Potest q[uod] sic dicere. Cū in diecessi mea omnes qui
sunt fures vel huiusmodi: incorrigibiles sint; nec
predicatio proficit. Et ideo necesse habemus aliquid re-
mediū adhibere. Et ideo quisque decetero furtū
fecerit vel b[ea]tū excoicationē incurrit.

TSecundū quero dato q[uod] non subditi delinquentes
ligentur statuto: data scientia statuti. q[uod] de ignoran-
tibus statutū: Glo. in dicto. c. a nobis. dicit q[uod] si
statutū puniri factū al[bus] damnatū. ligat etiā igno-
rantes. Idem videt tenere Bar. in dicta. l. cunctos
Idem do. An. Contrariū tenet Jo. an. in dicto. c.
a nobis. et in dicto. c. ut aiay. Et videt ibi tex. pro
eo. Nā statutū ibi excoicabat committentes furtum.
Et tū non ligat ignorantes q[uod] factū sit al[bus] damnatū.
S[ed] panor. in dicto. c. a nobis. dicit q[uod] opinio glo.
videt verior de rigore iuris. licet opinio Jo. an. sit
equior. Nō em liceat p[ot] q[uod] allegare ignoratiā.
Cū scire debeat factū etē damnatū. O[ste]nsus autem sta-
tutū punire factū al[bus] non damnatū: tūc p[ro]babiliter
ignorantes non ligantur. Et ex coiecturis p[ro]babiliter
scia vel ignoratiā. Et in dubio recurreat ad iuramentū
isti delinquentes. ar. m. c. si. v. el. ii. de sen. ex.

TCertio quero nūquid subditus statutis de-
linquens extra territorium afficiat pena statuti. R[esponde]re.
q[uod] nō ligat videt tex. in dicto. c. ut aiay. in fi. ibi etē
territoriū iudicati nō pareat impune. Sed Bar.
in dicta. l. cunctos. distinguunt q[uod] aut statutū exp[er]isse
intendebat ligare subditos delinquentes etiā extra
territoriū. Et tūc ligant subditi. Exemplū. dicit
statutū. Quicunque comiserit furtū: vbiq[ue] sit exco-
municat. aut statutū ē generale. et tūc restrigunt
ad territorium statutis. S[ed] panor. in. d. c. a nobis.
dicit q[uod] multi moderniores legiste in. l. fi. ff. d. iur.
om. in. tenet oppositū. Et hoc credit panor. verius
vt nūq[ue] delinquentes ex territorio afficiant statuto.

q. ij



Excommunicatio.

quod dictum capitulum ut aliam. non dicit illius non ligari ex defectu voluntatis statuens; sed potius ex defectu potestatis. ut patet ibi. quod extra territorium insidicetur. Et pro hoc quidam dicit. quod si statuto episcopi caueretur quod quicunque lucens ad azarium sit excommunicatus; lucens in loco exempto intra territorium dicti statuens. non incurrit excommunicatione. prout teneret. Iohannes. an. in nonella in dicto. c. ut azarium. quia finis eum locum extra diocesum et locum exemptus expectaverat.

Sed quid si statutum loqueretur per verba specialia. utputa dicendo: ut nullus committat furtum in aliquo monasterio exempto; vel non exemplo vel per nullus subditus vadat ad monasteria exempta vel non exempta. Rursum. do. pbi. de parvicio in dicto. c. ut animarum. quod ex aliqua causa iusta vel honesta; potest episcopus statuere quod subditus sui non vadat ad tale monasterium. etiam exemptus; ut si sciret illos; vel illas de tali monasterio ad malum pronovere; vel quid simile.

Et per predicta potest decidi alia questio quotidiana a quo debeat peti licentia eundi ad monasteria exempta. An ab episcopo probante talenti excessum sub pena excommunicationis; vel ab illis qui habent curam talium monasteriorum exemptorum ut ministri minorum vel provinciales predicatorum et huiusmodi. Et dici potest quod in casu quo episcopus facere potest tale statutum etiam de monasteriis exemptis; pretendit est licentia a dicto episcopo. Sed si statutum episcopi loqueretur generaliter; non specificando dicta monasteria exempta; quod tunc debet peti licentia ab illis quod curam habent dictorum monasteriorum.

Quero. Episcopus excommunicat omnes qui furtu fecerint non per viam statuti. de quo dictum est. supra sufficienter; sed per viam sententie. nimirum quod subditi eius talia permittentes extra suam diocesum sint excommunicati. Hoc in. c. fi. de fo. cope. et in dicto. c. a nobis. concluditur quod iudex potest excommunicare subditum contumacem extra territorium. An autem hoc casu sufficiat sententia generalis. An vero requiratur sententia specialis. hoc est quod specificite agatur propter eum. Dicunt quidam quod non sufficiat sententia generalis; quod sententia generalis finis eos equipat statuto in duabus. Nam sicut statutum non ligat ignorantes; nec existentes extra territorium statutis. Ita nec sententia generalis ut notat. Se. post lap. in dicto. c. ut animarum. Limitat tamquam. hoc ultimum. verum in sententia generali contra delinquentes in futurum extra diocesum; sed bene ligat eos qui iam deliquerunt ante sententiā; licet extra territorium existentes tempore sententiae. Sicut ligaret sententia specialis; cum sit eadem ratio utroque finis lap. hec. Et hoc dictum. Se. aliqui credunt verum; si subditus haberet noticiam illius sententiae. Item quod delictum finisset commissum in diocesi iudicis domiciliū. Nec obstat quod colligitur ex. c. apostolice. iuncta glo. de cle. ex. quod ignorans potest excommunicari; quia ille tex. loquitur in sententia lata specificite propter aliquem; quod tunc etiam data ignorantia ligat. immo plus lata contra non monitum; vel non citatum inducit vinculum. sicut dicunt quidam de Pau. qui excommunicant cornutum absentem. ad hoc glo. in. c. romana. de sen.

exco. li. vi. Conclude ergo quod si episcopus mandat generaliter restituvi res furtivas sub pena excommunicationis late sententie quod qui commisit furtum extra diocesum; non incidit in penam. Secus si specialiter ageret contra subditum; etiam per delicto commisso alibi quod strafaciendo incurrit pena excommunicationis.

Quid si forensis delinquens in alieno territorio; et inde recedens; an possit excommunicari. Dic quod non. nisi fuerit citatione processus antequam recederet a iurisdictione illius territorii. in quo deliquerit vel nisi ad requisitionem predicti iudicis iudex sub quo degit ipsum citaret prout de iure tenetur; ut notatur per dictum. in. c. fi. de fo. cope. ut iret ad respondentem et parentem. quod si non sacerdotem possit excommunicari. licet existeret extra territorium. Et hoc verum in illo: qui non habet domicilium sub iudee sub quo deliquerit. Secus si habet domicilium; quod tunc potest citari et excommunicari; etiam existendo extra territorium finis Panorum. ibidem: qui etiam dicit quod cum subditus ratione domiciliis est absens; conclude finis communis opinionem quod potest citari per iudicem domiciliis quo ad omnes effectus; et citatio decernitur facta in proprio territorio ipsius iudicis. licet nuncius eratque extra proprium territorium: quia illa excusatio nuncij non est judicialis. Ideo potest exerceri extra proprium territorium; licet Pau. de eleaz in cle. pastoralis. de re iudicii. teneat contrarium. Et dictum moderni tenent panum. Sed si post delictum commissum recederet; et alibi caperet domicilium; esset securus dum non esset citatione processus.

Quid si is qui sententia generalis promulgavit moritur; vel amouetur ab officio. nimirum qui postea contraferat est excommunicatus. Rursum. Paus. in dicto. c. a nobis. distinguit. An hoc sit per viam statuti. An per viam sententiae. Si per viam statutum statutum sit quedam lex; perpetuo durat; nisi expresse reuocetur. et in. c. fi. de officio. le. In sententia vero die concludendo notata in. l. fi. ff. de pe. et in. l. i. c. de postulando. et in. c. vnico de ma. et obe. li. vi. quod aut sententia iniecit vinculum tempore pferentis; aut non. Primo casu; aut vinculum est momentaneum et tunc durat etiam ultra tempus pferentis. Exemplum in excommunicatione vel publicatione bonorum. unde excommunicatus per episcopum remanet etiam excommunicatus post mortem episcopi ad hoc c. pastoralis. de officio. Et autem habet causam successum; et tunc autem causa cognitione sententia suralata et durat effectus sententiae ut in dicta. l. i. Aut sine cause cognitione; et tunc non durat ultra tempus pferentis. Et sic loquitur dicta. l. fi. Et predictis additio glo. in. c. pe. de cle. non res. quod notabiliter sententiam non expirare et predicta procedunt quo ad effectum ex sententia predictum; sed respectu effectus predicti in futurum sententia tollit per remotionem sententiantis quod pendebat ex iurisdictione sua. Et hoc casu procedit glo. in dicto. c. a nobis. que vult quod interdictum sine sententia excommunicationis simpliciter lata non duret ultra tempus pferentis; nisi successor confirmet. Secundum casum si diffiniendo statutum facit vel decretum. Ita dici potest quod sententia excommunicationis non ligat ultra tempus pferendum in sententia. Et per predicta permissio

V Excommunicatio. I. Fo. XCIII.

ad q. quotidiana. Ecce epus facit monitoriam qd
quicq; babz instrumenta vel scripturas ticij infra
xv. d. es debet manifestasse; alioq; z. Petrus q
habebat huiusmodi scripturas infra dictu terminu
nū erat absens et sic ignorabat. Postmodū elapso
termino epus fulminat excoicationē. Denū pe
trus venit ad locum et certiora de dicta sententia
z. no reuelat. In sit excoicatus. Dicendū est p pre
dicta q non. q; talis sententia ultra terminu vltē
pus statutis nullū hz vigore.

Tota p̄suētudo absq; sententia vlt̄ p̄stūtiōne nō
redit aliquē excoicatiōne.

Tribo ex causis sententia excoicatiōis sit ferē
da. Rū. tres cause p̄nt esse. Prima est cōtumacia
vt qn̄ q̄s fuit vocatus sine monit p̄ iudicē tribu
edictis vel uno p̄ omib; et ip̄e sit p̄timax. Secū
da qn̄ q̄s ex aliquo certo danno vel offensa; p̄ q̄
non vult satisfacere; excoicat. Et p̄bantar p̄dicta
duo extra de lit. nō cōte. qn̄ frequēter. n. q. iii. cer
tū de v. sig. et p̄te. Sup̄ istis casib; dicit Tho. nul
lus debet excoicari: nūl p̄ peccato mortali. Et q̄a
in damnificādo aliquē co galiter sine in rebo tem
poralib; aliq; mortalit peccat. ideo p̄ dāno tem
porali ecclēsia excoicare p̄t. Sed q̄ excoicatio est
gravissima pena: nō debet infligētā p̄ pecca
to mortali: nūl p̄tinax quis fuerit. tunc em postq;
monitus fuerit excoicari p̄t. Tercia causa sine
modus excoicatiōis est qn̄ p̄sona ignorat: s̄
excoicat in generali. vt quicq; furtum fecerit zc.
P̄o peccato vlo alteris nemo debet excoicari.
xxiiij. q. iii. si habes.

Quō debet ferri sententia excoicationis: Rū. de
bet p̄mitti triplex monitio: vel una p̄ tribus. Ali
ter est iniusta et iudex est suspensus per mēsem ab
ingressu ecclēsie. extro eo. sacra. Sed debet habe
re temporis cōuenientia interualla: nūl facti necel
lis aliud suaserit et debet ferri in scriptis p̄tinen
tibus causam excoicationis. Illiter excoicans est
suspensus nō solū ab ingressu ecclēsie: sed etiā a di
minis per mēsem. que si exequatur irregularis effi
citur. nec nūl p̄ papam poterit cum eo dispensari.
extra eo. cum medicinalis. li. vi. Sed he pene nō
tangunt ep̄os cu nō fiat specialis mētio de eis sic
opoz. vt in. c. q; p̄ciliosum. d. sen. ex. li. vi.

Tan autē in huiusmodi censuram incidat pre
lati regulares si non seruant ea q̄ dicta sunt: Rū.
per notata a doc. in dicto. c. cum medicinalis. ma
xime per He. q̄ quicq; sit ille qui habet potesta
tem excoicandi est astrictus. vt pb̄at tex. ibi
quisquis. Et sic loquēdo vñuersaliter nihil exclu
dit. Lapis autē tenet q̄ huiusmodi regulares nō
incurrant in hanc penā. Dicit em q̄ durū eset q̄
isti prelati regulares qui quotidie habent monere
monachos: et singulis horis diei corrigere: vt sem
per habeant calamū et cartā p̄ manib;. Predicta
intellige vt dictuz est s̄. Cīatio. fm Panor. in. c.
rep̄ehibilis. de appell. vbi regula religiosū seu
p̄suētudo daret certū modū in excoicando. Sed
si ip̄e prelatus vellet ex nouo mandato excoicini
care aliquē subditū ultra expresse cōtentā i regula
et vlt̄ p̄suētudines generales ordinis. tūc crede

rē in penam incidere platiū: nūl seruaret somam
dicte p̄stitutiois. Nā videt tūc temerarie agere.
Et nō solū debet intelligi iste ter. de excoicatione
effectuali: verū etiam si nō haberet effectū. Et fm
glo. ibi. hec decretalis habet locuz qn̄ sententia ferē
ta p̄tra p̄sonam incerta. Et sic est sententia gene
ralis. Dicit tm̄ directoria li. iiij. q̄ si sententia nō po
tuit scribi: q; piculum erat in mora. nō haber locū
hec pena fm Jo. an. q̄ hoc casu excoicato: nō fuit
in culpa. Et nota. p̄ dictio s̄. de regularib; q̄ fra
tres p̄dicatores habent p̄mlegiū: vt possint ob
tinere absolutionē a suis cōfessoriis sup̄ suspēsiōe
et irregularitate q̄s p̄trahent: et eo q̄ ptulissent
sententias excoicatiōis. suspēsiōis. et interdicti sine
scriptis ex incautela. Clemēs. Trigentib;. Et cuz
hoc p̄mlegiū sit cōcessum ordini p̄dicatoꝝ exte
dit ad munores p̄ bullā aureā.

Quid si metropolitanus. existēs in diocesi sus
fraganei veniat p̄tra sententia ab eo latem. Rū.
Hosti. dicit q̄ sicut sententia vel canon non ligat
p̄ferentē: sic nec p̄ferētis superiorē. puta metro
politanū. p̄rū. extra de ma. et obe. cu inferior. Sz
hng. dicit hoc casu metropolitani ligari. nō sen
tentia homis sed iuris. Idem directoria. li. iiij. Idē
Bar. bu. et Archi. in. c. licz. de elec. li. vi. et Bos. di
cit q̄ illa regula fallit q̄ haber q̄ inferior superiorē
ligare nō potest. Cu major deliquit in iuris ditio
minoris. vi. q. iiij. placuit. Nec ligatur sententia p̄
ribomis sed canonis cum incidat in factum iam
damnati. et ep̄scopus auctoritate aplīca genera
lem hēat auctoritatē canonē facienda: quo nullū
excludit. unde talis dicit sententia pape. Et idē di
cit Archi. q̄ ip̄e ep̄us qui statutū fecit: si faciat cō
tra factum damnati p̄ excoicationē q̄ excoicati
onē incurrit. imo plus dicit q̄ ep̄us nō p̄t dispē
sare p̄ p̄rā cōstitutionē: nec etiā p̄ cōsuetudinem
generale: ex quib; alijs iuriā iam ē acquistū. Sz si
vult ep̄us nō ligari destruat ipsa statura: alioq; ligabit. Sed Inno. in. c. cu ad monasteriū. de sta
mo. dicit q̄ cōditor canonum licet contra suam
dispensare constitutionē: etiā sine causa. Quia si
cūt fuit motus ad condendū ita ad tollendū sine
dispensandum. Et pro hoc est Jo. an. in regula.
Generi. in mer. et in regula. Cū licet. dicens: epi
scopū posse tollere et dispensare cōtra suam cōsti
tutionē. Et hoc dicit seruare vñuerium. Et mi
nime sunt mutanda quicq; sentiat Archi. in di
cto. c. licz. D. an. lūnitat: nūl constitutionē transierit
in p̄mlegiū vel cōtractū. Et sic p̄t intelligi op̄i
p̄traria. vel nūl p̄stitutio effet iurata: q̄ tūc stante
p̄stitutione nō possit dispēlare. Cu seip̄m a iura
mētō absolvēre nō possit. banc etiā op̄i. vltima
tenet Panor. in. c. p̄mo de rap. Et hec opinio vi
dei cōmuni fm Panor.

Quid autē si ep̄us cōmunicat in damnato cri
mine cum illo quez. ppter crimen excoicavit
Nāquid eandem sententia incurrat: sicut et vñ
alius. Rū. fm Ray. q̄ sic. Et hoc auctoritate ca
nois. Et vt refert Asten. li. viij. huius opinionis
est Hosti. et Inno. q̄ talis ligatur a canone oca
sione sententie sue. Et iste calus multū differt ab

q. iiij

Excommunicatio.

immediate precedent. **N**isi ibi licet statutum episcopi habeat vim canonis; est tamen lex inferioris vel sui ipsius. Et ideo ligare non potest directe superiori vel seipsum. **E**cce vero in ista participatio; propter quam talis non ligatur sua sententia; sed sententia causa vel pape.

Sed pone quod episcopus excommunicet aliquem; cum participib; suis seu fautoribus in criminis damnato. Et postea principet cum tali in criminis damnato nūquid incurrit eandem sententiam? **R**esponde. **D**icit quod sic. **S**ed **H**of. dicit quod non: quod principes ligant sententia bonis in hoc casu. **R**esponde. **D**icit quod excellens. **N**emo autem ipsa sententia ligatur. **H**ostis vero dicit quod ille qui principat cum sic excommunicato; si sit alius quam pferens; duplicitate sententia eandem incurrit; et duplice vinculo ligatur. uno auctoritate canonis. Et sic verum dicit **R**ay. Alio auctoritate sententia feretur; et sic verum dicit **H**of. Si autem sit pferens tunc ligabit tamen una scilicet canonis.

Sed quod is qui tulerit sententiam participabit in criminis cum criminoso. **R**esponde. **A**stensis de mente. **H**ost. quod hoc potest quandoque accidere; ut si fratre excommunicauit per rapina mibi facta quem forte odisse; sed hoc fecit coactus per superiori. **E**cce nibilominus latenter faveat raptori; et cu eo principat et cum receptat. **D**el pone quod cognovit mulierem quam excommunicauerat; propter fornicationem.

Quid si index dicat. **E**xcommunico te si appellas. **V**nus de his duabus. **R**esponde. **F**at. **D**ico sine preindicio. quod ille est excommunicatus; de quo index intellexit. **S**i tamen non potest sciri neuter vitandus est. Similiter nec excommunicatus est si vaga fuerit eius intentio.

Quid si dicat excommunico te si appellas. **J**ohannes. et **I**nno. tenet quod est excommunicatus si appellarat. **P**rimo quod excommunicatione et appellatio videntur in eodem momento coocurrere. ergo excommunicatione tantum gladii spinalis et penetrabilior; debet censeri in dubio processisse. Secundo quod excommunicatione non fundatur super appellatio; sed super contumacia et inobedientia in actu appellandi. **S**ed ante appellatio; processit contumacia valida. ergo tecum. **S**ed **B**utri tenet quod nullo modo iste sit excommunicatus; quod non videtur purificata conditio; ubi appellatio intercesserit. **C**ui ante non dicatur appellare sed appellare velle. ergo cum non sit purificata conditio antequam appelleret; non debet incidere in sententia excommunicationis. **C**ui conditio requirat implementa pfectum. Secundo ista sententia est lata post appellatio; ergo continet intolerabilem errorem. **V**ide etiam excommunicatus si se defendat quod fieri non debet; cum defensio sit de iure naturali. **A**ndreas primo dico quod excommunicatione et appellatio non cocurrunt in eodem momento; sed successivae. **I** excommunicatione post appellatio. **N**on obstat quod gladius spinalis est penetrabilior. **D**ico quod hoc fieri deberet si fieri possset salua ratione recti sermonis. **S**ed hoc fieri non potest salua ratione recti sermonis et verbis iudicis; qui volunt quod non possint incidere in excommunicatione quam appellatio fuerit interposita. ergo ipsa excommunicatione non celebitur processisse. **N**on obstat quod secundo dicit quod excommunicatione fundatur super contumacia non super appellatio; quod dico quod autem appellatio nulla contumacia est commissa.

cum non dicatur appellare sed appellare velle. **D**el dabo quod aliqualis contumacia procederet; illa tamen contumacia est facta appellatio; annexa per indicem. **V**nus ante factum completum non debet in pena incidere fatum Butri. **S**ed propter confessores simplices dari potest alia ratio clara: quod tamen in effectu concordat cum opinione Butri. **H**ec est **H**ost. videlicet quod si appellatio est iusta non tenet sententia. **S**i vero est fruola tenet sententia. **E**t hoc de superiori indicem determinari.

Quid si index dicat. **E**xcommunico te si tale elegeris vel huiusmodi. **R**esponde. **D**icitur. **D**icitur. **Q**uod in his sequentia est intentio excommunicantis; quecumque fuit ut tamen post electionem sit excommunicatus tamen nec electio. **S**ed facta electione incidit statim in excommunicationem. **S**i autem appareat quod de intentione excommunicantis sit quod velit quod sit excommunicatus simul cum electio nem faciet de facto; tunc electio non tenebit; et excommunicatione tenebit. **S**ed idem videlicet si de intentione excommunicantis dubitet; quod per citio verba electionis pferat erit excommunicatus et electio non tenebit. **P**enetrabilior enim est gladius domini scilicet sententia excommunicationis quam factum bonis scilicet electione.

Vnum iudex dicit excommunico illum vel similia verba. intelligit de excommunicatione maioris. et eo si quem. **S**ed idem dicendum credit asterius. quod index aggrauando sententia excommunicat aliquem cum participantibus sibi. **E**t ideo quidam dixerint hoc esse restringendum ad illos solos qui participant in criminis. **T**amen credit quod extendendum est ad participantis in cibis locutione. et similiter ar. extra eos quod in dubiis. **A**lls non esset aggrauatio sententie; cum sine hac aggrauatione participantes in criminis. maior excommunicatione incurrit. extra eos non. **P**er banc autem aggrauationem non credit personas exceptas. **R**esponde. **Q**uid multos ligari nisi hoc a pferente sententia expungatur. **S**ed illos solos qui ante huiusmodi aggrauationem excommunicatos minor incurribant ex huiusmodi participatione. ar. d. c. quod in dubiis. et c. substitutione. et c. statuum. eo. ti. li. vi. **I**de **B**ar. et **R**od. Addit etiam asterius. de mente **R**od. quod quecumque est excusat communicatione cum excommunicato sine aggrauatione sententie. excusat in qua ab excommunicatione minor. excusat et a maior communicatione cum excommunicato et cum participantibus sibi; nisi a pferente sententia; aliud sit exceptum.

Quid si index dicat. **E**xcommunico te cum omnibus participantibus tuis. **A**n principates in criminis dumtaxati; sunt excommunicati maior excommunicatione. **R**esponde. **P**anor. in dicto. c. quod in dubiis. de mente docet. dicit quod autem quod est excommunicatus cum participantibus et fautoribus suis. **E**t tunc si principes in criminis; siue extra criminis incidit in eandem excommunicationem. ut in. d. c. quod in dubiis. **A**ut est excommunicatus cum participantibus tamen et non cum fautoribus. **E**t tunc autem quod coicat in criminis; et incidit in maior. **A**ut communicatione in oratione et huiusmodi. et tunc est excommunicatus minor. **E**t hoc ultimum mecum putat verum panor. et per hoc ar. in. d. c. statuum. ubi coicans in osculo seu comedendo dicit principes; siue principes excommunicato; ut includat sub illa sententia. **E**xcommunico te cum principibus tuis.

Quid si prius dicit. **M**abeo te per excommunicato.

Excōmunicatio. I. Fo. XCV.

erbiusmodi, nūquid vere erit excōdicatus? Rū. sīm. Hui. Si p talia verba agat in foro iudicij, nō reputabit excōmunicatus; nisi aliter cōstitetur de intentiōe excōdantibus; vt q semper solitus est ita dicere et huiusmodi. In foro autē penitētialibet: eligenda est tutior via, sc̄ vt putet se excōdicatum et absolutionē petat. Idē Hosti.

Quid si dicat: Excōmunicato te et absoluio? Rū. sīm v̄. si volunt iudex simul excōicare et absoluere nūbilis egit. Si autem volunt excōmunicare et postea absoluere vtrūq̄ valuit.

Quid de duobus quibus mandū est: vt aliquae excoīcent. Et vterq; eorū eodē momēto dicitur. Excōmunicato te si ille nō excōdicit te. Rū. sīm. Ogo. vterq; illoꝝ iudicij excōdicit: q; intētio eorū est: q; iste excoīmunicat. Et est sensus, excōdico te tē. q; a nescio vtrū ille excōdicit te. Et ideo excōdico te: vt sic non evadat pena excōdicationis.

Quid de excōdicationib; que p furtis vel dānis occultis pferuntur sic. Excōdicanus oēs illos q; tale furtū vel dānum fecerunt; et oēs qui de hoc aliquid sciuerunt: nec reuelarēt illud. nūquid ille qui sciuerit hoc quocūq; mō, reuelare teneat dāna passo vel alij? Rū. q; non tenet reuelare dānum passo; q; hec sententia intelligi debet de reuelatione fiendū plato ecclesie nō dānum passo. Sed nec plato teneat iste qui solus seit: reuelare, imo teneat nō reuelare publice. Sicut notat Ogo. de testib; synodalib; xxv. q; vi. ep̄s. in synodo. In hoc tamē casu credo q; teneat reuelare plato occulte, vt corrigat occulēt: nō publice. hec Rōd. Sed si ille sciat q; possit, pbare, nō tñ tenet in reuelatione publice suis expensis p̄ducere testes; et in iudicio trahere reum.

Quid de illis qui excōdiciō ordines recipiunt? Rū. si scientes se esse excōdicatorū receperūt a suscep̄tis ordinib; sunt impetuū deponendi: si sunt clēci seculares. si vō nō recolentes factum: pro q; in excōdicationē inciderunt vel factū quidē sciētes sed iuris ignari, nesciebant se esse excōdicatorū: tunc cum talib; si sunt seculares: archiep̄i; vel ep̄i dispēfareū possunt absq; mādato sedis apostolice. Si vō sunt regulares: abbates ip̄oꝝ post iniunctā pēnitentiā et pactam: poterūt cum eis dispēcare; nisi grāne fuerit et notabile factū: vel qui fecit adulitus fuit et discretus; vt violētē p̄tra obliuionem et ignorātiā p̄sumatur, probant hec omnia, extra eo. cum illoꝝ in si.

Quid fieri de fructib; ecclesie clerici excōmuni- cati. Rū. sīm. Her. debent assignari alicui qui celebet p eo donec ip̄e est excōmunicatus, extra de appel, puenit. Quod si iuste fuit excōmunicatus; recuperabit fructus sibi sublatos. ii. q. v. sup̄ causas. Idem Ray. et Hof. Si vō iuste nō potest. L. de re mili. l. cum allegatis. li. xii. Hosti. tamē limitat p̄dicta: vt refert asten. li. vii. qđ diu excōmunicatus in sententiā dormit, hoc est qđ diu est i mōra petende absolutionis: quia non debet p̄cipere beneficium qui non facit servitū. extra de ap. pastoralis. in si. Hecus dicit: in causa manifeste falsa. Et hoc p̄petrat verissimū panū. Non ob. q; iura in excōdicatione faciunt mentionē de expressione erroris intolerabilis: q; dico q; iura illa debent cā exēplificādi sup̄ nullitatē. Et ea que dicitur cā exempli: nō strīgunt regulam, nam exp̄ressio erroris inducit nullitatē; q; appetat notoriam iusticiam. Idem,

Quid si non habet unde vivat clericus excōdicatorius. Rū. alterū. sīm. Jo. q; puidendū est ei interim de bonis ecclesie; q; etiā depositis, puidetur. I. dist. studeat, ne cogat i obprobriū cleri mēdicare.

Otrū sententia excōdicationis lata sub cōditiōe liget ante q̄ extet conditio. Rū. sīm. Hosti. nō ligat, extra de ap. p̄terea. el. ij. et ext̄ eo, a nobis. el. j. vñ et si pendēt p̄ditōne appelleat, tenet appellatio. Sed si pure fereret sententia nō reuelaret p̄ appellationē. d. c. pastoralis. Trāsſert tñ cause cognitio nē in sup̄iore, extra eo, p̄ tuas.

Sed qd si pendēt p̄ditione desinat esse eius suudit. Rū. tenet sententia, nō appelleat, ex de fo- cōpe. c. pe. ex de offi. dele. gratū. t. c. relatiū.

Pone q; aliquis excōdīceat post appellationem, nō tamē p̄equit cā. nūquid rātā manebit senten- tia. Rū. q; nō. Aut em̄ appellatione tenuit aut non. Si sic: excōmunicatio postea nulla fuit ipso iure. d. c. p̄ tuas. Et ita line, p̄lequat appellatione siue nō: nō efficit p̄ma aliqua. Si non tenuit: ergo ex- cōmunicatio p̄ma sacra statim tenuit. hec Alstei. de hac materia vide s̄. Appellatio.

Quid si index dicat excōdico te si habes res fur- tuas, nūquid p̄ appellationē suspendet. Rū. sīm. Hosti. nō suspēdet si habet res illas. Si tñ occul- tū ē: ecclesia nō iudicat de occultis.

Quid si dicat: Excōmunicato te quia fecisti fur- tum. Et tamē faliū est. Rū. sīm v̄. Hosti. et Inno. Tūtius est dicere q; excōmunicatō teneat vt. xj. q. iij. c. i. z. c. si ep̄scopus. q; non est erro: in- tolerabilis exp̄ssus. Et causa licet sit falsa, nō tamē est impossibilis. vñ absūlendum est q; absoluat ad cautelā: quo ad forū iudiciale. Sed quo ad deum non est ligatus; nō forte ex p̄temptu. vide tamen ad predicta que notant docto. in. c. inter ceteras, de re iudi. et Hanor. ibi. Quod aut sententia con- tinet causam falsam. Et tunc aut causa est notorie falsa et impossibilis. Et tunc non tenet sententia. etiā si sit excōmunicatiōis. Exemplū. si index con- demnauit vel excōmunicauit eunuchum vel in- fantem: quia p̄gnantem redidit monialez. Aut causa notorie est falsa, sed nō impossibilis. utputa iudex excōmunicauit aliquēz quia spoliavit ecclē- siam cum incendio, et notorie causa est falsa, nō tñ impossibilis, quia hoc potuisset facere. Et Archi- in. c. venerabilibus. eo. ti. li. vi. dicit talem senten- tiam valere, et loquitur in excōmunicatione. Et forte potuit moueri, quia iura i nullitate excōmu- nicationis loquuntur. qñ in sententiā fuit exp̄ssus error: intolerabilis. Et hanc opinionē tenet glo- saltē in excōdicatione. in. d. c. p̄ tuas. Sed do. An. tenet q; sententia excōdicationis notorie falsa non valet q; iniusta sententia sustinet, p̄pter p̄sumptio- nē iusticie que cadit sup̄ dubio. c. causaz. d. re iudi. Hecus dicit: in causa manifeste falsa. Et hoc p̄petrat verissimū panū. Non ob. q; iura in excōdicatione faciunt mentionē de expressione erroris intolerabilis: q; dico q; iura illa debent cā exēplificādi sup̄ nullitatē. Et ea que dicitur cā exempli: nō strīgunt regulam, nam exp̄ressio erroris inducit nullitatē; q; appetat notoriam iusticiam. Idem,

q. iiiij

Excommunicatio.

Ergo ubi factū est reī pā notorie iniustū; ut in casu nostro. Et nō refert quid ex equipotentib⁹ fiat. Idem tenet **D**anton. in. c. ab excommunicato, de re scriptis. Et no. p̄dicta q̄ faciūt ad multa.

Et nūquid si debitor impotens ad soluendū: impotentia notoria in ciuitate; q̄ nihil penitus in bonis hz: excōicatur, ppter debita, an teneat talis excōicationē? Dic pōt p̄dicta q̄ nō: nec q̄ ad dñm: nec q̄ ad ecclesiā: vt alīs disputatū fuit per quēdā archidiaconū. Vide tamē qd̄ notat do. An. in. c. P. et **S**. de offi. dele. vbi querit, an sententia liget impotentē? Et distinguunt. q̄ aut constat de mēte iudicis q̄ voluerit ligare in omnē caluz. et tūc erit ille ligatus; licet fuerit impotens. Aut cōstat de mēte iudicis q̄ noluerit ligare in caluz impotē: et nō erit ligatus. Aut dubitat de mēte iudicis, et tunc excōicationē ligat saltem quo ad nos: licet fuerit impotens. Sed quo ad alios effectus, puta vt ille puniatur; tunc sententia nō ligabit. Sed quo ad pri mū membra hui⁹ distinctionis **D**anton. tenet op positiū dicens. q̄ si cōstaret de mēte iudicis: sententia s̄ineret intolerabilē errorē, et sic esset nulla, vi de etiā ad p̄dicta notabile. d. fe. de se. in cōsi. suis: q̄ si sententia excōicationis fuit lata generaliter, puta p̄tra non soluentes censum: vel quid simile. illa sententia nō ligabit: nisi soluere nolentes: nō auez impotentes. Qd̄ placet **D**anton. q̄ verba genera lia debet intelligi cuius mō. ar. in. l. si cui. ff. d serui. zin. l. qd̄ dicim⁹. et in. l. ratū. ff. de solu.

Enīd si episcopū vel iudex p̄cipiat alicui: vt det alteri suos libros: vel domū: vel huiusmodi. Et si nō dederit: sit excommunicatus. nūquid dare tenet? Rū. Directoria li. iiij. q̄ nō. Sed agat cum supiore: vt soluat, extra eo. facro. Et ille qui cōsult ei q̄ non det: nō incidit in canone in maioriis excōicationis: q̄ non cōmunicat in criminē: si non obedit. In minore tamē excōicatoz incidit: q̄ ea servare debet: etiā si sit iniusta. rj. q. iii. c. i.

Enīd autē sit cōtemnere? Dic fm. Ste. q̄ cō temnere: est mandatū non curare. rj. q. iii. excellē tissimus. Quādo auez, ppter particularē causam inducit: nō dicis ex p̄ceptu peccare: nisi ex eadem causa frequēter iteret delictum fm. Zab. in cle. j. d sepul. Et sic p̄temnere, prie dicit: qñ non propter aliquā causam. sed solūmodo q̄ nō vult p̄cipiēti parere. Secus si faceret ex ira. negligentia vel huiusmodi.

Enīd si iudex p̄cipiat alicui debitori q̄ soluat infra certū terminū. Alioquin sit excommunicatus. Otrū creditor possit terminū progare. Rū. Inno. et **H**ost. dicunt q̄ nō potest progare q̄tū ad sententia excōicationis: nisi iudex sentiat pro rogationē: et tūc si adveniente secūdo termino nō soluerit erit excommunicat⁹: quia terminus vide⁹ progatus cum suis accessoris. ar. ff. de p̄ca. l. sed si manente. Si tamē ps in p̄mo termino reputat sibi vt satissimū: cessat tota excommunicatio. vide doc. d. hoc in. c. p̄terea. cl. iiij. de appell. Mā do. An. an factum. dicit tenendā opinionē Inno. et **H**o. Sed post factū videt p̄trarium dicendū. Et dicit q̄ sibi verior videt alia opinio: q̄ iudex videt ful

minare sententia in fauore p̄tis. et dato p̄tis assen su: excludit otumacia. Hanc opinionē putat pa no. verissimā. Adducit optimū simile. Mā iuramentū p̄t p̄stitutū: p̄ncipaliter obligat deo. de in reiū. si debitores. Et tūc si ille in cui⁹ fauore iurat: obligationē renuntit: nō indiget iurā aliqua ab solutione q̄ deus videt etiā remittere: cuj⁹ ad vtilitatem alterius iuramentū accepere. ad hoc d spō. c. ii. Secus si p̄ncipaliter iure p̄templatione dei. Nam tunc etiā papa non remittit sine causa de iureiū. c. quāto. Ita in ipso iudex excommunicat in fauore p̄tis. Si ps vult differre terminū: etiā iudex videt differre velle cum nihil aliud agat iudex: nisi vt p̄tes ad cōcordiā reducat. l. f. S. p̄t aut quis. ff. de no. ope. nū. Et p̄ hac opinione vi detur casus exp̄slus in. c. i. de loca. De hoc vide s. Excommunicatiō. xiiiij.

Enīd ergo dicemus si adveniente secūdo termino. iste debitor non soluat creditori qui terminū progavit sine consensu iudicis: tamē cum hoc pacto q̄ si nō soluat in termino progato q̄ sit excommunicat⁹. An termin⁹ videat, progatus cum accessorijs. Et an iste debitor sit excōicatus? Dic q̄ non. exquo termin⁹ fuit, progatus absq; p̄sen su dicti iudicis. Et hoc determinat Bal. in. l. tale pactum. S. qui puocauit. ff. de pac. dices q̄ excommunicatio nō potest nasci ex contractu: sed solū nascit ex sententia. Sed tale pactum appositum q̄ reincidenter in eandē sententia non est sententia. Et hoc dictū Bil. intellige quādo tale pactū esset appositū p̄ debitorē cum ipso creditore extra sententiam absolutiōis: quia tūc non renūseret sententia excōicationis: nec esset excōicatus si nō solueret. Sed si tale pactum vel ḡditio apponetur in sententia absolutionē per ipsum iudicem. tūc certe dicendum est q̄ reincidenter in sententiaz excommunicatiōis. c. significavit. et c. ad reprimendā de offi. or.

Excommunicatus qui contemnit sententia seruare, et ingredit se cōmunioni fidelium: etiam si sententia solitā erat iniusta: sit iusta scilicet propter contemptum et potest iuste excommunicari. rj. q. iiiij. S. cum ergo. Et talis etiam tardius absoluetur. rj. q. iiiij. qui iubente. Vnde talibus consulendum est: q̄ etiā sciant iniustaz sententiā: ipsam diligenter obseruent.

Enīd in quibus casibus sententia excommunicatiōis nulla est ipso iure? Rū. in septem. Primus est si ille qui tulit eam nec habebat de hoc potestatem: vt quia non erat eius iudex. rj. q. iiij. sententia, vel erat publice excommunicatus et huiusmodi xiiij. q. i. audiūmus. Secundus quando est lata post appellatiōē legitimam. Tercius quādo cōtinet intolerabilem errorem. His duo casus habent extra eo. per tuas. In quib⁹ casibus ille qui eos p̄ponit etiā si non petat absolutionē: debet audiūr ut dicto. c. p̄ tuas. Sed et si ad cautelam petat absolutionem: non debet negari q̄uis aduersarius eius vel excommunicator le opponat nisi dicere eum excommunicat⁹ p̄ manifesta offensa: q̄ tunc

Excommunicatio. J. Fo. XCVI.

dabitur sic dicenti terminus octo dies. **E**t si probauerit non absoluere: nisi prester emendam: vel det cautionem de parendo iuri: si offensa dubia ponatur. **S**i tamen pendente p[ro]batione prima: se[ntentia] illius qui sic fuerat excommunicatus: debet emitari in illis omnibus que ut actor: in iudicij[is] attentauerit. **E**x iudicij[is] vero in officijs postulatiōibus electio[nib]us et alijs legitimis actib[us] debet admitti extra eo. i.let. li. vi. q[uod] si appellationē sup hoc nō fuerit p[ro]secutus: ut debuit. i. tempus statutū a iure vel a iudice. **E**t ipse fuit excoicatas nominatum et expresse: laplo dicto tempore debet denunciari. **E**t in iudicialijs q[uod] extra iudicialijs actib[us] remoueri donec d[icitur] i[psius] sententie docuerit nullitate. extra eo. licet. li. vi. **Q**uartus casus est. q[uod] si aliquis excoicaret maiori excommunicatiōe illos qui excommunicato participaret: non in criminē sed in locutio[n]e et in alijs casib[us] in quibus incurrit minor excoicatio. **E**t ratio est sicut docet q[uod] nemo debet excommunicari nisi per peccato[m] mortali. et ideo isti participantes in locutione et huiusmodi. de se non peccant mortali[n]e nisi post monitionē. **E**t ideo talis sententia nō valet nisi p[ro]missa trina monitionē: vel una p[er] tribus. et nisi exprimantur nominatim ibi admonēti. extra eo. statuimus. et c. p[ro]stitutionē. li. vi. **N**on tamē ad predicta dant duas restrictio[n]es. **N**ā ab. et Jo. an. p[er] recitat P[ro]p[ter]a. in c. q[uod] in dubijs. extra eo. restringat dicens ter. q[uod] si quis excommunicat participantes excoicato a se. **S**ecundus si excoicat participantes excoicato ab alio. utputa fecit ep[iscopu]s hanc sententiam. **E**xcommunicato omnes participantes excoicato ab archiep[iscop]o vel a papa. tunc enim hec sententia licet forsitan in iustitia teneri absq[ue] alia monitione cononica. **E**t hoc clare videt[ur]. p[ar]bi in dicto. c. statuum. ibi. excoicatis ab eo. **H**oc etiā casu non valet sententia suspensiōis vel interdicti: nisi p[ro]missa monitionē canonica. ut in. c. statutum. eo. ti. li. vi. **S**ecundū aliq[ue] limitant predicta: et dicunt q[uod] dicta decretal. p[ro]stitutionē. soli habet locū q[uod] singulares: et nomine p[ro]sone excommunicantur: q[uod] tunc requiri[re]t monitio specialis. **S**i aut̄ generaliter fereret sententia: tunc dicant sufficere generale. **E**t sic adhuc remanent antiqua iura. **S**ed glo. in dicto. c. p[ro]stitutionē. dic q[uod] tunc est dicere q[uod] bodie in genere excoicatio i participantes ferri non possit. **E**t sic sublatum est q[uod] dicit in dicto. c. q[uod] in dubijs.

Vni ante dicantur nomina tunc moniti. **Dic**
S. **E**ccl^{is}icatione. xxxviiij.
Vnde autem dicat canonica monitio: **R**uⁿ. glo. in
dicto. c. cōstitutionē. q̄ trib⁹ modis potest fieri. vt
puta. iudicē dicit. **M**onemus te p̄ pma. **Q**ua fini-
ta; monet secūdo p̄ secūda. **Q**ua finita; tercio mo-
net p̄ tercia. **I**nterdūm una monitōne facit tres.
Sic. **M**onem⁹ te q̄ vſq; ad talēm diem. p̄ pmo
talem. p̄ secūdo talē. p̄ tercio talē. **I**nterdūm vna⁹
tm̄ dat dilationē di. **M**onem⁹ te q̄ vſq; ad talementum.
p̄ pmo. secūdo. & tercio pemptorio a cōmu-
nione tal⁹ abstineas. **E**t hoc ultim⁹ casu est inter-
nullū inter monitionē & sententiaz. **E**t s̄m glo. ibi
sup v̄bo p̄spectia. s. internulla. iudicē arbitrib⁹. p̄
plonarum & negoti⁹ qualitate. **E**t n̄ si facti necessi-

tas aliter suaserit tē. vt q̄ partes sunt ad ritā vel
arma parati: vel huiusmodi. **Quint⁹** quādo plati-
interdicunt suis subditis ne exponant suis supe-
rioribus aut apostolice sedis legatis: vel in q̄s iro-
bus statum suarum ecclesiarii sive monasteriorū.
z de hoc ferrent sententiā excommunicatiōis. extra
de offi. or. q̄ pleriq̄. li. vi. **Sextus** cū quis suppo-
nit se protectione romane ecclesie nō tamē appellat
ex simplicitate extra de ap. ad audiētiā. hec asten.
Septimus cū excommunicatio fertur cōtra aliquē
postq̄ iter arripuit ad papam. extra de ap. dilecti.
el. ii. in tex. z in glo. **Et** hoc intelligit fīm **Ber.** q̄s
post litem motam iuit ad curiam. **Ecce** si ante.
hec **Asten.**

Vtrum excommunicatus obliget sibi aliquem contrahendo? R. Hosti. dicit qd non. Sed verius videt qd Inno. dicit. scz qd omnes tractus initii cum excoicato no solum igno:ater; sed etiam scienter et etia durante excoicatione; tenent. Et ex eis quidem agit ptra excoicati. Hoc autem durante excoicatione agere no potest. poterit tamen post absolutionem etia de cōtractu initio dum erat excommunicat. xj. q. iii. qm multos. et extra eo. si vere. Et coelcōde fīm cōmūniter modernos. puit recitat Panor. in dicto. c. si vere. qd valent tractus super temporalibus initii cuj excoicato p hoc. d. c. si vere. qd loquuntur indistincte. Item quia cōtractus est de iure gentium. Excoicatione de iure positivo. Item cōmūnicio no prohibetur in odii ptractus; quo casu procederet opinio Hosti. Sed in odium ipsius excoicati.

Drum exco*catus* possit intrare ecclesiam: **R**u. f*m* Ray. **E**xcō*municati* exco*catione* maiori: siue occulti sine manifesti nō debet intrare ecclesia quod*iu* sunt exco*cata*. **Q**d intellige f*m* v*v*. ad orandum: siue du agitur ibi diuin*a* officia. **S**ed audiendū predicat*ionē* admittunt*f*: qua audita statim exeat. extra eo. ruso. v*b* dicit **P**ano*r*. quod extra casum predicat*io*nis nō licet exco*cato* ingredi ecclesia. **L**icet **B**ar. br. tenuerit oppositū. **I**de dic de in*dicto* & suspensō ab ingressu ecclie. ar. xxxiiij. q. viij. vir cū praua. **S**ecundū si sulpcius et ab officio tuni: vel interdict⁹ a sacramētis ecclie: quod tune posset orare i*n* ecclia & ibi audire diuin*a*. **I**de tenet **H**o. i*n* summa dices: quod nullo mo exco*cata* du intrare ecclesia: quod nec interdict⁹ quod emin*it*: hoc fac*e* debet. **H**oc prose*cu*l*u*ne tuni praua intrat ecclesia exco*cata* dumo nō celebre*f* ibi. **S**ed hoc nūquod fit sine peccato. **E**t quod de ter⁹ est intelligi de exco*cato* tuna occulto quod man*s*esto. **I**dem asten*r*.

Sed nūquid talis ad ostiū ecclie stare possit
ut ibi missa vel aliud officiū diuinū audiat? **M.**
A. sten. qd nō. qd ex mēte vboꝝ decretalis pꝫ extra
de pe. z re. qd i te. ibi voce ita demissa celebret; qd
exter? audiri nō possint. pſbyter etiꝫ qd sic sciēter
celebriat. mortalit̄ peccat. ex de cle. excō. c. si. z eff eo.
nup. **A**ddūt enā **H**ost. z **I**nno. in. d. c. nup. qd si
clericī sciūt excōicatū fors stare. z diuina audire;
puniri debet si celebret ac si intus audiret. vn de si
excōicatus audit fors diuina illi qui sunt in eccl
sia recedere debet. **I**d est asten.

Excomunicatio.ij.

Totum vniuersitas vel collegium possit excommunicari: R. Directoria li.ij. f. m. Ber. dicit q[uod] vniuersitas vel collegium excommunicari non debet tam[en] si lata fuerit sententia tenet. Et hoc est tunc ut dicit Jo. an. Sed directoria dicit: q[uod] ferri non debet, et si lata fuerit; non tenet extra eo. romana. S. si ibi penitus prohibemus. lib. ix. Et quod papa prohibet fieri non licet. xxvij. q. i. iam nunc. unde non sine mysterio dicit. penitus quasi dicat in hac parte omnium potestatem subtrahimus. Et ratio est: quia vniuersitas non est materia capax ad recipiendum talem sententiam. Cum vniuersitas vel collegium non faciat ipsam veram: sed fictam. et sola ipsa vera qui habet animam rationalem ligat excommunicationem. extra eo. cum medicinalis. li. vij.

Totum excommunicatus possit amplius excommunicari: R. potest: siue pro peccatis causa: siue pro diversis. ij. q. iiiij. Engeltruda.

Tquis est effectus maiorum excommunicatorum: R. f. m. Hosti. Primo quidem ut nullus cum eo participet nec loquendo: nec orando. salutando. vel comunicando. comedendo. vel bibendo. xi. q. iiiij. sicut. et in tribus capitulis sequentibus. Item q[uod] non possit eligere vel eligi. extra de ap. constitutis. Itet q[uod] nullum beneficium ecclesiasticum acquirere possit. extra de cle. et. postulast. Item quidem excommunicatus est de beneficiis suis nihil percipiat. extra ap. pastoralis. vbi Panor. dicit. q[uod] excommunicato non est. paupendum in aliquo nisi fame periret. de hoc dictum est supra in hoc. c. Et Panor. ibi reddit ratione diversitatis inter excommunicatum et depositum: quia excommunicatus potest sibi prudere. sed petendo absolutionem sed depositus non: q[uod] cum fuerit depositus propter crimen qualitercumque sit emendatus: non recuperat primum statum. De recto sibi dispensatiue. prudet ecclesia de temporalibus. Et sic limitanda est glo. nota. in. c. cum vintomensis. de elec. que dicit. paupendum esse suspenso a beneficio: ne cogatur mendicare. Intelligo illam glo. quando suspensio est facta propter crimem. Sed si propter contumaciam. non puto sibi in aliquo subueniendum cum possit sibi prouidere satisfaciendo. Nam sepe homines de cibo securi iusticiam negligunt. Idem dico de elemosyna q[uod] si fame periret: tunc esset subueniendum. Secundum vbi non esset tanta necessitas. Item non potest constitui procurator. extra de proba. post cessionem. Nec etiam potest constituere: nisi ad se defendendum ut in. c. intellectinus. de indi. Quinimum si qua communitas aliquem procuratorem instituit et ipse excommunicatus inter constituentes fuit ut rector principalis et expressus: vel eius auctoritate factus esset procurator: vel si ipsa communitas: sciendo ipsum talem vnam eo fecisset procuratorem: non vallet. extra de proba. c. si. Si tamen excommunicatus sit reus bene potest se in iudicio defendere. et ad hoc procuratorem constituere. ut dictum est per dictum. c. intellectimus. vbi notat glo. q[uod] si non potest procuratorem habere: vel fidem reperire: q[uod] poterit respondere etiam per seipsum. Secundum si sit actor: vel si reconveniat. extra de except. cu[m] inter-

Item constitutiones et sententie que feruntur ab excommunicato publico vel de eius mandato sunt ipso iure irritae: et nullo tempore valebunt. Et de hoc videlicet diffuse supra Absolutio primo. Item excommunicatio non suspendit per appellationem sequentem. ut in dicto. c. pastoralis. S. si. Item qui cum est excommunicatus siue suspensus si se ingrat scienter diuinis sit irregularis. extra de cle. exco. apostolice. nec cum eo dispensari potest nisi per papam. extra de re iudi. cum eterni. et extra eo. cu[m] medicinalis. lib. o. vij. Excommunicatus quoq[ue] si impetrat aliquid rescriptum super aliquo articulo q[uod] appellationis vel excommunicatio[n]is non valet. extra de rescripto. Ipo iure li. vij.

Tanquam excommunicato baptizare liceat: R. f. m. Sul. dur. si excommunicatus paratus solenniter baptizat: irregularis efficitur. Secundum si ales in necessitate hoc faciat. Sicut de malo ministro dictum est s. Baptismus. ij.

Iudices secularis compellendi sunt ab ecclesiasticis iudicibus repellere excommunicatos ab agendo. patrocinando et testificando in curiis suis. etc. eo. decernim. li. vij.

Tanquam excommunicatus possit esse arbiter vel arbitrator: vide s. arbiter.

Tanquam rector: aliquis fuit excommunicatus per quod fecit in suo regimine: si postea amotus sit: nihilominus excommunicatus est: quiuetiam successor eius nam eterq[ue] debet ecclesie satisfacere per his que stauit: vel in quibus succedit. extra de iuri. eccl. ad uersus. vide de hoc s. Excommunicatione. viij.

Excomunicatio.ij. de peccantibus clericos. Vide s. Absolucionem. ij. per totum.

Sunt casus in quibus peccans clericum non est excommunicatus. Namus quoniam ignorabat quod erat clericus. puta quia comam nutriebat. extra eo. si vbo. el. iiij. Secundum in clericis qui non ferunt habitum neque tonsuram: neque aliquid de clericatu ostendunt si. ij. moniti: se non corixerint. extra eo. contingit. el. iiij. vbi singulariter notat Panor. q[uod] ex solo delicto apostolice. clericus etiam in minoribus non perdit pruilegium clericale. etiam si deprehendatur in delicto. Et ad hoc videtur expressus in dicto. c. contingit et in. c. si iudex. eo. ti. lib. vij. Et pro hoc oportet restringere. c. i. de apostola. Item nota quod ad hoc ut clericus perdat pruilegium ratione apostolice. debet tertio moneri ut respicat. Ut no. in dicto. c. contingit. ibi. ij. Non ergo sufficit f. m. Panor. una monitio. per vbi ex quo ad incurram penam insurget trina monitione iuxta theorica glo. i. cle. j. d. vi. et ho. cle. Et Jo. an. in. c. ex tue. de cle. non resi. dicit quod vbi ius requirit primam secundam et tertiam. citationem per edictum non abiente non sufficit vna emptio via: quod in penalibus verba debent intelligi stricte et proprie: non autem sicut et large. Adde etiam quod notat Panor. i. dicta cle. i. q[uod] non sufficeret vna monitio sine primitiva internalis. Secundum si pigneret internalia aliquorum dierum: ita quod sit vna monitio facta cum tribus internalibus per c. constitutionem. extra eo. li. vi.

Excommunicatio. ii. Fo. XCVII.

vbi vna monitione cū tribus interuallis equipat tribus monitionib. Sed hoc dictum dicit **H**anor. non esse vñquam tutum. nam dicit q̄ facili⁹ puniri pōt ad noticiæ citati; qñ edictū fuerit tripliçat q̄ qñ fuit vñi. licet fuerit pemptoriū. t̄ pro hoc allegat glo. in dicta cle. i. Item no. fīm **P**anor. in dicto. c. p̄tingit. q̄ ter. ibi te moniti. q̄ hic monito nō potest fieri p̄ indicē secularē; neq; p̄ quæcūq; sed debet fieri p̄ diocesanū. ibi in dioceli tua: vel p̄ quæcūq; plati habentē ep̄alem iurisdictionē in clericum. vt in. c. in audientia extra eo.

Tan autem sufficiat monitus generalis: utputa Episcopus facit edictū generale. q̄ omnes clerici reassumāt habitū t̄ tonsura infra mēiem. nūquid nō reassumētes sint priuati ip̄o iure pr̄uislegio canonis. Dic q̄ ter. in dicto. c. i. audientia. nō requiri specialē monitionē: ergo sufficit generalis. **N**ā vbi iura volunt fieri specialē monitionē: illam exprimūt: vt in dicta cle. i. t̄ in dicto. c. p̄stitutionem. De hoc vide s. Excoicatione. xxv. tertio in clericō qui con: ēpto habitū fert arma: t̄ tertio. monitus nisi se corixerit: vt in dicto. c. in audientia. vbi pa no. ex illo ter. infert q̄ ex sola dimissione habitus clericis t̄ delatiōe armoz. militarium: nō perdit ip̄o iure clericis pr̄uislegiū clericale. Et fīm **H**e. in c. i. de cle. viii. li. vi. habitus clericalis quo ad hoc: vt clericus gaudeat p̄uislegiū cōsistit in duobus. l. vestibus t̄ tonsura. Et vt perfecte habeat noticia quādo clericus habitu dimisso perdat p̄uislegiū canonis vel fori. inferentur quedam cōclusiones. **P**rima. Clerici qui relicto habitu clericali efficiuntur stipendiarij: seu armigeri: quātūcūq; cognoscant t̄ notum sit alijs istos esse clericos. perdunt p̄uislegiū imunitatis p̄sonae. hec cōclusio probat per ea. cum non ab homine. extra eo. Et ibi eam approbat **P**anor. Idem potest dici fīm panor. in c. ppendimus. eo. ti. de clericō qui dimisso habitu t̄ tonsura imiscet se enomitatibus. Et fīm panor. ibi clericus dicit imiscere se enomitatibus et leuis. qñ facit seditionē in populo et guerram. **S**ecunda conclusio. Quidam clericus desert habitū t̄ tonsuram. licet imiscet se enomitatibus: non perdit p̄uislegiū fori: nec canonis. Hec conclusio appropiat p̄ **J**o. an. t̄ **P**anor. in dicto. c. ppendimus. Tercia conclusio. Clericus qui assumptis armis imiscet se enomitatibus dimisso habitu licet perdat p̄uislegiū canonis. vt dictum est: sed non p̄uislegiū fori. Pade debet statim restituī iudicē ecclesiastico: nū faillit in ueteratus in huiusmodi aggressuris seu enomitatibus: vel esset inco rigibilis. t̄ tunc fīm dictū **J**o. an. et **H**ostie. perdit tam p̄uislegiū canonis q̄ fori. Et sic poterit p̄ iudicē secularem puniri. Sed quo ad hoc ultimū licet p̄uislegiū fori **P**anor. non recipit. nam per ar. a cōtrario. c. vni. de vi. t̄ ho. li. vi. certi sunt casis in quibus clericus ip̄o facto perdit p̄uislegiū clericale: nec iste reperitur inter istos. ergo debemus stare regule generali: vt clericus coram suo iudice conueniat quātūcūq; deliquerit. Et pro hoc optime facit. c. li. iudex. extra eo. li. vi. vbi clericus captus in maleficio: dimisso habitu t̄ tonsura

debet remitti ad iudicē ecclesiastici si probat se clericum. Et pondera verbum maleficiū. Est enim verbum generale aptum comprehendere delictum quātūcūq; grave. Nec expresse aliquod ins p̄bat opinionem **H**ostie. et **J**o. an. Et sumus i p̄nalibus. vbi sienda est benigna interpretatio. maxime in favorem ordinis clericalis. Et hanc opinionem tenet domin⁹ **L**ardi. Sed domin⁹ **H**e. t̄ domin⁹ **A**n. disputando tennent opiniones **J**o. an. hec **P**anormi. in dicto. c. perpendimus. Quarta cōclusio. Si quis percussit clericum in habitu et tonsura in bello iusto ex parte percutientis; percutiens non est excommunicatus; presertim si clericus causam dederit aggressore. hanc cōclusionem approbat archi. flore. t̄ dicit esse de mēte **I**nno. Item fīm eum si tres contra terciū. et clericus temere se imisceat habitu deposito: et tūc credit percutientes in limitibus aggressore: non fore excommunicatos. Quarto in clericō exercente negotia secularia t̄ tertio monitus: noluit desistere a negociationibus perdit p̄uislegiū quo ad negotiationes et facultates suas patrimoniales dimittat fīm glo. in. c. fi. de vita t̄ bone. cleri. nō autem ecclesie: quia licet res ecclesie deferantur ad certum locum negotiationis causa: non debent soluere gabellam fīm **P**anor. ibi. quia delictum persone tē. Et sic fīm glo. ibi. talis clericus negotiator: non perdit p̄uislegiū fori. Nā illud est maioris preiudicij q̄ p̄uislegiū canonis: qđ etiam minime perdit. Quinto in clericō piugato si non fert habitum t̄ tonsuram. nullum retinet p̄uislegiū. Hec si desert habitum t̄ tonsuram: t̄ cōtraxerit cum vñica t̄ virgine: quia tūc retinet p̄uislegiū clericale in duobus. scz q̄ percutiens eū est excommunicatus. et q̄ nō potest constringi per iudicē secularem. nec ciuiliter. nec criminaliter. In ceteris vō non retinet de clerici. coniu. c. clerici li. vi. Limita tamen predicta prout dictum est supra. Clericus sedo in si. Sexto in clericis buffoni bus: ac etiam macelarijs et tabernarijs: qui talia officia publice et p̄sonaliter faciunt. Et dic ut supra. Clericus secundo. Septimo in illis qui nō ex ira sed iecose se percutiunt. extra eo. ca. i. Octavo in magistro: qui tamen hoc facit leuiter causa discipline. extra eo. cum volūtate. fī. Non in eo qui incontinenti vim vi repellit temperate. extra eo. si vō. el pmo. fī. iij. Decimo cum quis inuenit clericum turpiter agentem cum uxore. matre. sorore vel filia propria: vt in dicto. ca. si vō. Et nota glo. ibi super v̄r. uxore. que dicit idem esse i sponsa de p̄senti. que etiam querit nunq̄d nomine matris intelligentur omnes ascēntes. Et dicit. q̄ in isto casu non est extendēdum ad descendentes vel ascēntes cum minori fiat iniuria. Idez tenet demin⁹ **A**n. quod placet **P**anor. Cum hec materia sit odiosa ipsis clericis. t̄ exorbitans a dispositione iuris: non debet extendi: sed in proprijs termis intelligi debet. Et fīm hoc intelligitur de matre. filia. vel sorore tam legitima q̄ etiam naturalis: sed non adoptiva. Item appellatio ne filiorū non veniunt nepotes in materia stricta

Excommunicatio.v.

marime vbi non tractatur de favore filiorum; vt
bic. de hoc vide infra.c. **F**ilius. et. c. **I**llegitimus.
Et nota fm v.v. q non solum ad coitum est re-
stringenduz; sed etiam ad amplexus et oscula. **E**t
quando quis se preparat ad opus carnis. si tamen
in loco non suspecto; sed in publico faciat. **S**icut
sit quandoq ludendo; tunc verberans huiusmo-
di inciderunt in canonem. **I**tem cum per signa aper-
ta et propinquia negotio constat a clericu turpitu-
dinem coitus ibi ante expletam statim esse cu predictis;
verberas huiusmodi non incideret in ca-
nonem; si hoc faciat incontinenti anteq ad alia
diuertat; nam postea verberans incideret. **I**tem
si quis inueniat clericum suspectu et monitum in
domo cum vro; et si non turpiter conuersantem
sedentem tamē vel confabulantem: licet eum fm
leges perimere; multos fortius capere et detinere p
viginti horas. et iudici tradere; et testes convocare
ff. de adulst. l. capite. hec Directoria li. iiiij. **E**t intel-
ligitur de monitione etiam facta a marito. de hoc
vide singularia infra Impedimentum octavo. et
supra.c. **D**os.

An autem in predicto casu tali liceat predictas
personas mūtare vel occidere? **R**ūdit v.v. **E**t si
possit dici q talis partis quo ad excommunicacionē.
Elo q decre. si v.v. all. no distinguunt ini atroce iuri-
nā et no atroce; nibilomin? no licebit ei occidere.
Tuend de illo qui ordinat cum vro; vt cleri-
cus vocetur ad turpitudinem; et sic eum verbe-
rat? **R**ūdeo fm v.v. q tam vir q vro; incident
in canonem.

Tuend de muliere que percutit sacerdotem im-
petentem eam de turpitudine? **R**ū. fm v.v. si so-
lumi eam verbis impetrat; incidit in canonem. **S**i
autem tangit iniuitam; et illa se defendens cu moder-
amine inculpate tutele eum percuicit; no cre-
do q incidat. **S**ecuris tamen est q faciat se ab-
solui ad cautelam. **O**ndecimo. si fiat a prelato; vt
de mandato eius; causa correctionis. vt in.c. cum
voluntate. et.ca. ex tenore. extra eo. **E**t si non fiat
causa correctionis; tam verberans q precipiens
incurrunt excommunicacionem. extra eo. viuuer-
satis. **Q**uod si causa subest; potest clericum ca-
pere et carcerare etiam per laicum. extra eo. si cle-
ricos. li. vij.

An autem clericus possit torqueri per laicum
etiam de mandato prelati? **R**ū. **D**anor. in.ca. vt
fame. extra eo. post do. an. ibidem. et pe. de an. q
non. **S**icut nec verberari potest. **E**cita refert do.
An. se consultisse. licet communis obseruatio habe-
at contrariū; et male. vide tamē glo. in.c. p̄sbyteri.
v.q. vij. que dicit clericum debere torqueri coram
episcopo suo; no a laico. **S**ed possint intelligi; q no
a laico. licet disponente et auctorizante. **S**ecus i lai-
co ministrante et obtemperante mandato ecclesi-
sticū indicis. **S**icut videmus in simili. no enim po-
test laicus auctoritate ipsa capere et detinere cle-
ricum; seu detrudere sine pena excommunicatiōis.
vt in.c. nuper. eo. ti. **E**c tamē ad mandatū indicis
ecclesiastici; licet capere et detrudere sine pena; vt in
dicto.c. vt fame. **E**t communiter dicit **D**anor. hoc

seruat; et male. **E**t hoc ideo qz hodie clerici torque-
tur per laicos; et talis modus torquendi no posset
fieri per clericos; quia forte nemo i huiusmodi ob-
temperaret; nec sunt doctri in hac arte torquendi:
sicut laici. **S**ed de iure non puto hoc posse fieri.
Ne nota qz qz clericus sit incorrigibilis; nisi tra-
ditus fuerit curie seculari no potest per secularem
ppria auctoritate detineri. **Q**uod intellige nisi pre-
cesserit depositio; vt in.c. cum no ab homine. eo. ti.
vel nisi capiaq incorrigibilis; vt restituat prelato
aprio. ad hoc facit quod notat **D**anor. in.c. qm. de
offi. o. q si timeref de potentia clericis; vel de fuga
eius q circa incorrigibilitate; potest platus inno-
care brachium seculare. et illi capi facere et carcere
rari. **S**ecus aut qm inuocat brachium seculare; et
puniat clericum iure suo. **E**t sic procedunt iura al-
legata p glo. ibi. **N**ota etiā fm **D**anor. in dicto.c.
vt fame. q familia potestatis pot capere clericū in-
uentum de nocte; qz cu sit psumptio fraudis; qz qui
male agit odit lucē; et etiā qz verisimilē pot timeri
delictum cōmittendū no incurrit excommunicationem
si illi capit; vt p̄sentet epo vel plato suo; qz hic no
potest notari dyabolica suasio. **I**dē puto in capi-
ente clericū debitorē suū fugientē; qz hic cessat do-
lus et suasio dyabolica. **I**mmo plus dicit **Inno**.
qz si laicus habet clericū seruientē quem habet su-
spectum de furto posset illum capere et detinere.
Quod intellige ad tempus. vt. s. p̄sentet episcopo
vel prelato. **I**tem quis sine minis et terrorib; cleri-
cum dep̄benium in aliquo facinore facit secū uniu-
tum ad iudicem ire. ignorans tamē qz vadat iuri-
tus. no est excoicatus fm quosdaz; nisi credit qz
inuit ille ducatur et qz ppter timore vadat. als no
iturus qz tunc esset excoicatus. **E**t ideo si minis et
terroribus facit eum stare in loco vel ducit secum
quasi captum excoicatus est fm **D**anor. **P**uode
cimo in turbante diuina officia quē presbyter vel
alius ad quem spectat. pot ejcere de ecclesia. extra
eo. veniens. et. c. cum voluntate. **S**imiliter cu quis
ratione officij quod in ecclesia obtiner potuit cle-
ricū. aut etiam cum senio; causa deuotiois hoc fa-
ciat. aut domin? aut parēs. sine. qz p̄quis qui fa-
miliam corigit. hec omnia in hoc. xij. versu dicta
intellige cum sint in minoribus ordinib; pterq
de parere. vt. j. diceb.

Sed quid si principalis magister phibeat sū-
magistro; vel alicui cōmittit aliquos pueros do-
cendos ne percutiat eos. et taliter phibitos per-
cutiat. nunquid incidat in canonem. **R**ū. **R**ay.
credit qz non. quia non potest magister per phib-
itionem huiusmodi auferre ei beneficiū iuris. p
quod cōceditur decentius corrigere quos docet.
Terciodecimo. **S**i clericus depositus sit degra-
datus. extra de iudi. cum non ab homine. et d pe-
nis. degradatio. li. vij. **N**ota tamē fm **D**anor. in
ca. ex parte. de cle. cōiu. q duobus modis dicitur
quis depositus. licet actualiter et verbaliter. **D**epo-
situs actualiter; incontinenti per degradationem
actuali perdit privilegii clericale et efficitur de-
feso seculari. **S**ed in depositione verbalis securus. ni
si sit incorrigibilis; quia tunc perdit incontinenti

privilegium, et potest comprimi priuilegiem secularem. tē est fīm cōmūnē lect. in. d. c. cum non ab homine. De hoc vide etiam s. Degradatio. Quar todecimo. quando clericus transfert se ad actū p̄ suis contrarium; vtputa erat in minoribus. et factus est miles vel bigamus. lxxviii. dist. qm̄ quis. Nota tñ Panor. in. c. vt p̄sultatōi. de cler. p̄iug. q̄ iste clericus aut. p̄mouet ad militia seculare. et facit actum omnino contrarium clericatū: vtputa quia exerceat seu: seu iuit ad bellum. et tunc immediate p̄dit privilegium clericale. quia ista sunt contraria. Vnde ex quo elegit contrariam vitam: sua p̄ principio ipso facto exclusus. xxvij. q. i. cum renunciāt. Aut tñ factus est miles. sed non exercuit seu. nec aliam actum p̄sus contra clericatum elegit. sed viuit honeste: vt clericus. et tunc gaudet p̄ uilegio. Ita sentit Inno. in. d. c. vt consultationi. Dicit etiam Jo. De san. q̄ trina monitio requiri in clericis constitutis in sacris. Sed si clerici in minoribus constituti. clericatum habent p̄ derelicto convertendo se ad militiam. v̄l. uxores ducunt. tunc sine monitōe pdunt privilegium.

Quid si paterfa. aliquos. de familia constitutos in sacris verberat causa correctionis? Quidam dicunt q̄ nō est excōicatus si sint in minoribus. Deus si in sacris. vnde maiorem p̄tatem habet magister in discipulo: q̄ pater in filio. q̄ magister post sacram ordinem adhuc habet discipulum in p̄tate sua. sed pater nō. quia sacer ordo liberat a patria poteſtate. hec Jo. extra eo. cum voluntate. v̄v. dicit q̄ nec in maiorem: nec in minorem incidit excōicationem. sicut nec magister. q̄ causa correctionis verberat clericum: sive sit in sacris. sive nō. Idem Tan. Nec est verum qđ dicit glo. in. d. c. cum voluntate. videlicet q̄ sacer ordo liberat a patria poteſtate. quia fīm Panor. ibidem. et in. c. constitutis. de in integ. resti. sola dignitas ep̄alis est illa que liberat a patria p̄tate. Et hoc. ppter sublimem dignitatē: vt in. c. p̄ venerabiliem. qui fil. sint le. vbi solūm sit mentio de dignitate ep̄ali. ergo p̄ locū a spe ciali secus de alijs: nec dictuz glo. p̄batur iure. Et etiam in patre nō potest nō statim dyabolica manus immo charitativa. tvix posset se cōtinere: quin corigeret filium errantem. hanc opinionē etiā tenet Jo. de lig. Pe. de paru. et Pan. q̄ fīm Archi. flo. vi defōrabilis.

Sed nunquid si quis non ob sui tuitionem. sed ob tuitionem patris: matris: uxoris: filii. vel etiā extraneorum: clericum ledat? Rū. fīm Inno. talis nō incidit in canonem. arg. ff. quod me. cā. Isti quidem. s. fi. Nam et socij iniuria propulsanda est xxvij. q. iij. fortitudo. t. c. nō inferenda. Idem Dir. li. iij. tit. iij. Sed quid si persona ecclesiastica domum occupet alicuius. et non vult exire sine violentia? Rū. fīm Inno. ejiciens non incidit in canonem. quod colligitur. extra de resti. spo. olim causam. Et hoc intellige si sit cum moderamine inculpate tutele.

Quid de non defendantibus clericos cum possint? Rū. fīm Directoriam. lib. iij. ti. iij. sive sit in po testate sua sive non. semper incident in canonem.

dummodo dolose hoc patientur. Secus si nō do lose. sed ex negligentia. vel quia nolunt se immisce re rumoribus aliorum: tunc non incident in excōmunicationē. Idem Panor. in. c. quāte. extra eo. Idem Jo. et Arch. xxij. q. iij. c. ostendit. Idem. d. An. in. d. c. quāte. licet glo. ibi tenuerit. contrarium. Et dicit. d. An. q̄ cōis opinio est q̄ incident in ca nonem. sive habeant in potestate verberantem si ue non.

Quid si clericus volens satisfacere alicui: spon te subiicit. se verberibus? Rū. clericus debet excōmunicari. verberans est excōicatus. extra eo. con tingit. de hoc vide s. Excōicatio. xvij.

Sed quid si clericus irato animo p̄cutit se ip̄m. an sit excommunicatus? Dic fīm Directoriam. li. iij. titu. iij. q̄ sic. quia facit iniuriam ordini clericali. sive religioni. Idem Arch. xxij. questione. v. si nō licet.

Sed quid si magister vel prelatus ex ira p̄cutit? Rū. fīm. v̄v. non incidit in canonem: ex quo causa correctionis hoc facit. Et si de correctione nō cogitet actu: si tñ habet hunc finem in habitu sufficit. Nec distinguo: vtrum sit in sacris vel non. extra eo. cum voluntate.

Sed quid si officiat in ecclēsia. platus. magi ster. dominus domus. v̄l. consanguinei. exceedant modum in corrīgendo? Rū. fīm Hosti. nisi ex p̄posito et irato animo multum exceedant. non credo q̄ incidat in canonem. qui solummodo dolum. p̄sequit.

Quid de illo qui a clero grauiter tamē p̄cus sus. cum animo vindicandi. grauiter repertit? Rū. fīm. v̄v. Ex quo libidine vindicte. et non ioco sa lenitate repertit. incidit in canonem. Sed et si iocose percutiūs a clero. grauiter tamē repertit. sed tamē iocosa leuitate. et sine dolo. non incidit. Similiter nec sacerdos: qui clericum importune puerum secum ludenter. iratus percutit. non iniuriandi animo. vel libidine vindicte. Hoc idē videtur sentire Rū. in. iij. dis. xvij. vbi dicit. q̄ nō incurrit excommunicatio maior. quando aliquis nō ex deliberatione socium suum leuititer impellit. q̄uis sit turbatus. Mortale enim nō cōmittitur nisi ex deliberatione. vel post tempus humane fragilitatis. sufficiens ad deliberandum. cum factum est tale q̄ homo. non obstante humana fragilitate. teneatur de necessitate deliberare. vt p̄ deliberationē ab illo opere illicito retrabatur. Nullus autem a iure excommunicat. nisi ppter peccatum mortale. Hoc idē.

Quid si aliquis non mittit manus in clericum: sed spuit. aut aliquid effundit super eum. aut claudit ei ostium: vel ponit custodes ad capiēdum eū. si de domo ercat. v̄l. ei equitati capi habenas equi vel rumpit cingulum sellae? Rū. fīm. Ray. talios communiter. omnes tales sunt excommunicati. nec refert utrum iniiciat quis manus in eum. aut in rem sibi coherentem. aut rem de manu eius rapiat. aut vestes: quibus induitus est scindat. Secus tamē si solo metu cogit. vt se redimat. vel aliqd det. Nā talis neq; in personam. neq; in res sibi coherentem.

Excōicatio.ij.iiij.z.v.

mittit manum.

TQuid si quis arestat clericum asportantem res; quas ei furatus fuerat. et p violentiam auferat ei? Rn. fm. v. v. nō credo q̄ incidat in canonez. si res illas ei auferat. dum est in asportando anteq̄ asportans se recipiat ad locuz determinatiū. Secus si ex interuallo. q̄ nō licet sibi ius dicere.

TQuid si quis iratus vadat contra clericum leua-
to pugno ense vel hasta quasi percussurus? R.
fm Ray. nō incidit. q; manus nō iniecit.

Quid de illo qui plequit clericum fugientem. ut
